

600049655Z



SOPHIEN-GYMNASIUM
IN BERLIN.

IX. Jahresbericht,

durch welchen zu der

am 31. März 1874 stattfindenden öffentlichen Prüfung

ehrerbietigst einladet

der Director

Professor Dr. Paul.

INHALT:

Berlin, 1874.

Gedruckt in der Associations-Buchdruckerei Pape & Co.
Alte Jacobs-Strasse 132.



Studia Plautina.

Asin. I. 1. 64 Omnes parentes, Libane, liberis suis
Qui mi auscultabunt facient obsequentiam.
Atque ego me id facere studeo: volo amari a meis.

Tertio versu idem Demaenetus dicit, quod proximo versu iam satis perspicue professus est, se liberis suis obsequi. Tollitur autem et hoc incommodum et qui sententiarum nexus inter haec verba ‚atque — studeo' eaque quae sequuntur intercedat, efficitur ut planius appareat, pro ‚ego' si scribitur ‚eo' cf. Aul. II. 8. 6 atque eo fuerunt cariora: aes non erat.

Ib. III. 3. 1 Cur me retentas? — Quia tui amans abeuntis egeo.

Vereor ne Plautinissimum genus dicendi ita restituendum sit, ‚amantis' ut scribamus pro ‚abeuntis', quod vocabulum quamquam plane absurdum esse non dixerim, tamen effici eo videtur sententia satis inficeta atque insulsa.

Ib. II. 4. 46 Merc. Sed si domist, Demaenetum volebam. Le. Negat esse intus:
Verum istuc argentum tamen mihi si vis denumerare,
Repromittam istoc nomine solutam rem futuram.

Leonida praesente cum Libanus erum intus esse non negaverit, ille hunc negare dicere non potest, interrogare modo potest num neget. Itaque Leonidae si ‚negat esse intus' verba sunt, sic potius locus constituendus est: ‚Le. Negat esse intus? Merc. Verum. Le. Istuc ss.', sin mercatoris, hoc modo: ‚volebam: negat esse intus. — Le. Verum istuc ss.' De ‚verum' vocis usu Plautino cf. IV. 1. 45 captiones metuis. — Verum. Men. 1024 liberem ego te? — Verum.

Ib. III. 3. 117 Amabo, Libane, iam sat est. — Nunquam hercle hodie exorabis:
Nam iam calcari quadrupedo agitabo advorsum clivom:
Postea ad pistores dabo, ut ibi cruciere currens.

‚Amabo, Libane, iam sat est' verba Argurippo num recte tribuantur, vehementer dubito. Qui est enim ‚amabo' vocis apud scaenicos poetas usus, numquam ea utuntur mares mares alloquentes, sed aut mulieres eam usurpant, ut semper apud Terentium, aut, quod multo rarius fit, mares ita, ut mulieres alloquantur cf. Men. 678, Most. 324. 343, Pers. 245. 765, Poen. I. 2. 157. 167. Praeter hanc legem, quae plus octoginta exemplis Plautinis confirmatur, ‚amabo' legitur Most. 385 ‚Philol. Perdis rem: tace, amabo: abripite hunc intro actutum inter manus' et 467 ‚Tran. Et heus iube illos illim amabo abscedere', quorum tamen versuum in priore quominus ‚perdis rem: tace, amabo' verba Delphio, Callidamatis amicae, reliqua Philolacheti tribuamus, nihil obstat, in altero cum in libris ‚illinc' non ‚illim' sit, Scaligeri emendatio ‚ambo' — ‚amabo' enim et ‚ambo' voces saepissime inter se confundi constat — veri simillima est. Nam in Bacchidum loco 1192 ss. ‚Non tibi in mentemst, te amabo ss.', quod haec verba Fl. Rit-

schelio duce Philoxeno tribuit, libri quidem rectissime ea assignant Bacchidi. In Asinariae autem illo loco maxime consentaneum esse nemo credo negabit, Philenium amici miseritam Libanum orare, ut Argurippum exercere desinat. Cui si illa verba tribuuntur, de Libani responso sic statuendum est, ut ‚Nam — clivom' verba ad mulierem dicat, deinde ad Argurippum sermonem convertat. In versu medio nescio an ante ‚iam' inserendum sit ‚cum'; nam ‚quadrupedem' cum Fleckeiseno aliisque scribere pro ‚quadrupedo', quae est Veteris et Ursiniani et Palatinorum lectio (cf. praeterea Mai auct. class. VIII. p. 412 cursu quadrupedio agit. adv. cl.), propter Frontonem non audeo, qui p. 22 Nab. pariter atque hoc loco fit (cf. v. 116 demam hercle iam tibi de hordeo, tolutim ni badissas) ‚tolutim' et ‚quadripedo' inter se opponit: ‚etsi aeque pernicitas equorum exercetur, sive quadripedo currant atque exerceantur seu tolutim' cf. p. 156 ‚sententias eius tolutares video nusquam quadripedo concito cursu tenere'. In tertii versus principio quin ut in Leutschii indice philologico a. 1870 p. 230 propositum est, ‚pos ted' pro ‚postea' scribendum sit, non dubium videtur. — Addere hic liceat aliquot ex aliis fabulis Plautinis locos, ubi verba inter personas non recte videntur distributa esse.

Aul. III. 2. 9 Cong. Sed quid tibi, mendice homo, nos tactiost? quae res?
Eucl. Etiam rogitas?

Sic cum libris etiam Wagner; sed cum ‚quae res?' formula semper apud Plautum — apud Terentium nullum novi exemplum — ad ea spectet, modo quae facta vel dicta sunt, tactio autem illa, de qua loquitur Congrio, facta sit sub finem eius scaenae, quae ab hac tertia est, ‚quae res?' verba coci esse non possunt, sed cum Euclionis quae sequuntur verbis ‚etiam rogitas?' coniungenda sunt, ut genus dicendi existat simillimum Asinariae loco II. 4. 71 ‚quae res? tun libero homini male servos loquere?' At rectissima est tralaticia discriptio II. 1. 27 Eun. Quod tibi sempiternum
Salutare sit liberis procreandis.
Meg. Ita di faxint. Eun. Volo te uxorem domum ducere ss.,

quae omnia cum uni Eunomiae Wagner, cur ‚ita di faxint' verba Megadoro tribuerentur scire se negans, Heraldo et Guieto ducibus daret, cum fugit semper apud Plautum ‚ita di faxint' formulam, nisi id, quod quis ut di faciant optat, ‚ut' particula adiunctum subsequitur [1]), alter quae dixit comprobantis esse. Cuius usus luculentissimum exemplum est Aul. IV. 10. 57 quae res tibi et gnatae tuae bene feliciterque vortat: ‚ita di faxint' inquito cf. Aul. II. 2. 79 Istuc di bene vortant. — Ita di faxint. — Illud facito ut memineris.[2]) Poen. IV. 2. 87 Quin prius disperibit faxo. — Ita di faxint. 89 Meus

[1]) cf. Ps. 923 ita ille faxit Iuppiter, ut ille palam ibidem adsiet. Amph. I. 1. 224 ita di faxint, ut tu potius sis. II. 1. 85 utinam di faxint, infecta dicta re eveniant tua. Aul. III. 6. 9 Immost et [ita] di faciant ut [semper] siet. Pers. 823 di faciant, ut id bibatis quod vos nunquam transeat cf. Amph. I. 1. 305 nisi etiam is quoque me ignorabit, quod ille faxit Iuppiter, ut ego hodie raso capite calvos capiam pilleum.

[2]) Guieti coniecturam ‚Istuc di bene vortant. — Faxint. — Illud facito ut memineris' parum caute Wagnerum laudasse ex exemplis quae congessimus apparet; ipse Wagner aut ‚istuc' aut ‚facito ut' delendum esse censuit. Mea quidem sententia de ‚facito ut' expellendo cogitari non potest, cum ‚facito ut memineris' formula sit (cf. Ba. 328, Curc. I. 3. 54, Ps. 515, Stich. 47; cf. facito in memoria habeas Poen. V. 4. 108, V. 7. 47. ? Cas. III. 1. 9), quae fortasse etiam Mgl. 806 hac interpungendi ratione restituenda est: ‚hoc facito, miles domum ubi advenerit, memineris, ne Philocomasium nomines'. Sed numquam apud Plautum ad ‚di bene vortant' formulam (Ps. 646, Aul. II. 3. 5, II. 1. 53, Trin. 302, 573, fragm. ap. Fest. Paul. p. 60, cf. di vortant bene Ter. Ad. 728, Eun. 390, Hec. 196, in exitu quidem versus) accusativum accedere reputanti ‚istuc' potius cum Langeno (mus. Rhen. XII. p. 431) delendum videtur, quod nescio an, cum in margine pro varia lectione aut correctura ‚illud' vocis adscriptum esset, postea in hunc locum irrepserit.

collibertus faxo eris, si di volent. — Ita di faxint. Pers. 652 Divitias tu ex istac facies. — Ita di faxint. Capt. I. 2. 69 Hoc illum me mutare confido pote. — Ita di deaeque faxint. Hec. 102 firmae hae vereor ut sint nuptiae. — Ita di deaeque faxint. Haut. 161 Salvom adfuturum esse hic confido propediem. — Utinam ita di faxint. Hec. 354 Meliusculast. — Utinam istuc ita di faxint. Most. 398 Morigerae tibi erimus ambae. — Ita ille faxit Iuppiter. Cist. I. 1. 52 Multisque damno et mihi lucro sine meo eris saepe sumptu. — Di faxint. — Curc. V. 2. 10

Plan. Enim vero irascor. — Curc. Dixi equidem tibi unde ad me hic pervenerit:
Quotiens dicundumst? elusi militem inquam in alea.

Ad Planesium ut dicat haec verba Curculio, nullo modo, ut videtur, fieri potest; neque enim etiam mulieri unde anulum haberet roganti dixit. At Phaedromo dixit, atque huic ‚enim vero irascor' verba adtribuenda sunt. Contra Planesio V. 2. 29

Phaedrome, obsecro, serva me. — Tamquam me et genium meum

prior versus pars, quae Curculioni dari solet, videtur reddenda esse. Nam primum quidem Phaedromus modo parasito militem se dediturum esse promisit eumque tacere iussit; deinde quae Phaedromus respondet ‚tamquam me et genium meum' sc. te servabo, non apta sunt, si ad parasitum amica praesertim praesente dicit, at aptissima, si ad amicam; tum eis quae sequuntur verbis mulieris, non parasiti causam Phaedromus agit; mulieri denique, quippe cuius salus re vera in anulo posita sit, verba illa ‚Phaedrome, obsecro, serva me' optime conveniunt, quibus ab amico petit, ut militem percontetur de anulo. — Poen. III. 2. 27

Coll. Agite intro abite, Agorastocles,
Ne hic vos mecum conspicetur leno neu fallaciae
Praepedimentum obiciatur. Milph. Hic homo sapienter sapit:
Facite quod iubet. Ag. Abeamus, set vos satis dictumst. Coll. Abi.
Ag. Abeo, quaeso, di immortales. Coll. Quin abis? Ag. Abeo. Milph. Sapis.

Agorastocli in Vetere Studemundio teste, vulgo Milphioni quae tribuuntur verba ‚Hic homo — iubet', advocatis potius assignanda sunt. Collabiscus enim cum dicit ‚agite intro abite, Agorastocles', Agorastoclem abire iubet cum Milphione servo; Agorastoclis igitur aut Milphionis si essent illa verba, eis dicendum esse apparet ‚faciamus quod iubet'. In v. 31 ‚quaeso di immortales' verba Collabisco danda esse nuper intellexit Brix; eidem vel advocatis adscribendum est etiam „sapis" vocabulum, quod parum apte tribuitur Milphioni. Ceterum in versu 30 corrupta verba ‚set vos satis dictumst' Geppert non sanavit, cum scriberet ‚ecqui hoc satis dictumst?' Cum enim et Collabiscum et advocatos de insidiis lenoni struendis omnia perspecta habere ex eis qui antecedunt versibus appareat, Agorastocles eos vix ac ne vix quidem num satis dictum sit interrogare potest. Una litterula deleta videtur opus esse ad locum emendandum, scr. ‚abeamus: et vos: satis dictumst': ‚abeamus' Agorastocles ad Milphionem dicit, ‚et vos' sc. abite (cf. Most. 397 intro abi: et tu, Delphium. Pers. 790 salveto: et tu, bona liberta) ad advocatos et Collabiscum; ‚satis dictumst' idem est quod alibi ‚verbum sat est' cf. Truc. II. 8. 14, Rud. III. 6. 28, Ba. 878, Capt. I. 2. 16. — Rud. III. 4. 62

Lab. Ignem magnum hic faciam. Daem. Quin ut humanum exuras tibi?
Lab. Immo hasce ambas hic in ara ut vivas comburam. Daem. Id volo.
Nam hercle ego te barba continuo arripiam, in ignem coniciam.

Cum aut dicendum sit ‚eone ut humanum exuras tibi' aut ‚quin (= quine, cf. quin Trin. 360, sin Merc. 143) h. e. t.', Plautum potius scripsisse puto ‚quin [t]ut[e] humanum exuras tibi?' In proximo versu ‚id volo' verba si ut vulgo fit Daemoni

tribuuntur, haec existit inepta sententia, ut senex, qui mulieres a lenonis vi defendat, id se velle dicat, ut ille ambas vivas comburat. Itaque illa vocabula cum eis quae antecedunt Labracis verbis sic coniungenda sunt ‚ut vivas comburam, id volo'; [*]) cf. quae de hoc ‚id' pronominis usu exempla congessit Brix ad Trin. 850. ‚Nam' particula, unde iam orditur Daemonis oratio, ut saepissime explicanda est ellipsi quadam, nisi scribendum est ‚Iam hercle ego te' ss. cf. Most. 386, Poen. I. 2. 164, V. 5. 23, Truc. II. 2. 13, 32, IV, 2. 46.

Asin. V. 2. 90 Art. I domum. Phil. Da sauium etiam, priusquam abis. De. I in crucem.
Phil. Immo intus potius: sequere hac me, mi anime. Arg. Ego vero sequor.

In prioris versu exitu Fl. ad hiatum explendum ‚abi' scripsit pro ‚i'; sed cum BD pro ‚abis' habeant ‚abiis', ne in hoc potius vocabulo vitium insit videndum est. Atque una litterula ad illam scripturam addita opus est ad versum restituendum, scr. ‚priusquam abitis. — I in crucem'; de ‚abitere' verbo cf. Epid. II. 2. 119. Rud. III, 4. 72, 5. 35. In alterius versus initio Philenium exsecranti seni aut quo ipsa potius itura sit aut illum potius in crucem iturum esse respondere potest, ut Ps. 335 ad Ballionis exsecrationem ‚i in malam crucem' Pseudolus respondet ‚istuc ibit Iuppiter lenonius'. Hanc quidem sententiam facillimo negotio adipiscemur, si litteris vix mutatis scribemus ‚Immo tu ibis potius' sc. in crucem; illam Fl. ita restituit, ut ‚intus' in ‚intro' mutatum post ‚potius' collocaret, equidem coniecerim ‚Immo cubitum potius' sc. ibo, quibus in verbis acerbissima inest irrisio Demaeneti, qui Philenii noctem pactus erat.

Aul. II. 2. 34 Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.

Wagnerus cum aliis versum ad suos numeros ita redegit, ut ‚mihi' eiceret, in margine autem sibi videri dicit ab ipso poeta scriptum fuisse ‚Dúm quidem ne quod perconteris mihi non lubeat proloqui'; sed ut homines docti Curc. III. 31 ‚Licetne inforare, si incomitiare non licet' et Pers. 137 ‚Sicut istic leno nondum sex mensis Megaribus' ‚haud' voce pro ‚non' substituta sine dubio recte emendaverunt, ita et hic et in eiusdem fabulae versu IV. 8. 10 ‚video recipere se senem; ille me non videt' eadem medicina videtur utendum esse. Praeterea Stich. 163 in ea quam sequuntur Palatini libri recensione vereor ne antiquitus scriptum fuerit ‚At ego hau (‚At ego non' Pall. cf. v. 160; A ‚Ego nunc') pausillulam in utero gesto famem'. Etiam in Asinariae versu II. 1. 14 ‚Sed quid hoc quod picus ulmum tundit? non temerariumst', ubi metrum utrumque et ‚non' et ‚haud' fert, illud in nostros libros interpolatione illatum esse, hoc Plautum scripsisse Nonii discimus testimonio, qui idem Poen. V. 2. 152 cum Gellio falso ‚non' pro ‚haut' vel ‚hau' affert. Item ‚hauscio' forma pro ‚nescio' substituta et Muellerum Pros. p. 186. 312 Ba. 581 ‚Foris pultare nescis: ecquis his in aedibust?' (R. et Fl. omm. ‚his', quantum video, contra morem Plautinum) emendavisse et Curc. V. 3. 46 ‚Ego te vehementer perire, cupio ne tu me nescias' (Fl. om. tu) emendandum esse puto. — Simili ratione Aul. II. 2. 84 sed nuptias
Hodie quin faciamus numquae causa est? — Immo edepol optuma
Brix mea quidem sententia rectissime ita correxit, ut pro ‚edepol' voce substitueret ‚hercle'. Nam Wagneri ratio sic verba transponentis ‚numquae est causa', quamvis facilis videatur, tamen refellitur usu Plautino; in huius enim generis formulis ‚est' semper

[*]) Hoc ipso modo etiam in Vetere verba coniuncta esse, postquam haec scripsi, a Studemundio, qui etiam alibi de librorum scripturis liberalissime me edocuit, certior factus sum.

eum obtinet locum, quem in libris quidem hic quoque habet cf. nulla causast quin Cas. V. 4. 24, Rud. IV. 4. 26, V. 3. 41, hau causast quin Most. 434, quid causaest quin Rud. III. 4. 53 (cf. Andr. 600), numquid causaest quin Ps. 533, Trin. 1188, num quae causast quin Capt. II. 2. 103. Idem ‚edepol' Men. 92 in nostros libros irrepsit pro ‚hercle', quod Nonius servavit, contrario vitio Mgl. 1270 in Decurtatum et Ursinianum ‚hercle' pro ‚edepol', quod unus Vetus retinuit, idemque Men. 872 accidisse putaverim

Heu Edepól (codd. hercle) morbum acrem ac durum. di vostrám fidem,

ubi neque quod R. scripsit ‚Heu mórbum hercle acrem ss.' ferri potest, quia ‚(h)eu hercle, edepol, ecastor' numquam interposito vocabulo dirimuntur, et quod Spengel Brixio persuasit ‚Heu hércle morbum acútum. d. v. f.' violentius videtur. De ‚heu' extra versum posito cf. Mgl. 1056. 1066, Poen. I. 2. 71, Men. 176. Fortasse etiam Stich. 474, ubi Pall. cum Ambr. in hac vitiosa scriptura consentiunt ‚Lubénte hercle me fácies. — Idem ego istúc scio' pro eodem ‚hercle' vocabulo potius ‚pol' substituendum est quam cum Camerario verba sic transponenda ‚Lubénte me hercle facies ss.'; nam adiectivum vel adverbium in sententiae principio positum semper subsequitur ‚hercle' (vel ‚mehercle') neque intercedit aliud vocabulum nisi ‚que' Capt. V. 4. 3. ‚nimisque hercle ego illum male formidabam'. [4]) Sed num Ba. 595 R. cum Fl. recte scripserit ‚Ne tibi pol haud longe os ab infortuniost' pro ‚Ne tibi hercle ss.' ‚valde dubito; equidem non memini ‚pol' cum ‚ne' particula coniuncti exemplum. — Plurima vero afferri possunt exempla, ubi librariorum vel neglegentia vel fraude idem accidisse constat, ut Plautina vérba aliis eiusdem fere potestatis vocabulis expulsa sint, ut Poen. V. 5. 38 in omnibus libris legitur cur non p. quin, in Pall. si non Mgl. 1245, qui non St. 208, filiam Cist. II. 1. 47, emit Epid. III. 4. 51, dicebant Men. 1046, occultant Most. 275, ludos dat Rud. IV. 4. 9, producit Trin. 340 p. nisi, quin, gnatam, destinavit, aiebant, occulunt, ludos facit, prodit, in CD dabo i. e. dato Merc. 769, gelu Most. 193, sumere Pers. 762 p. cedo, algu, accipere, in B agere Ba. 477, magnifacio Ps. 944 p. gerere, magnifico. Neque igitur metuo ne temere rem gerere videar, si Persae versum 39 ‚Qua confidentia rogare tu a me argentum tantum audes?', quem R. iamb. septenarium ita effecit, ut ‚tu a' vocabulis eiectis ‚argentum' vocem post ‚rogare' collocaret, hoc modo emendandum esse censeo: ‚Qua fiducia rogare tu a med argentum tantum audes?' (? tu tantum a med argentum audes) cf. Epid. V. 2. 32 qua fiducia ausu's — filiam meam dicere? — Similem emendandi rationem ineundam esse credo Men. 307

non tu in illisce aedibus
Habitas? — Di illos homines qui illic habitant perduint,

ubi quam in textum quem dicunt recepit R. coniecturam ‚Habitas? — Qui di illos qui illic h. p.' veram esse non posse Langen mus. Rhen. XII. p. 430 docuit, id quod Brixium Ritschelianam scripturam repetentem videtur fefellisse. Neque verior est altera eiusdem Ritschelii coniectura ‚Habitás. — Qui di homines, qui illic h. p.', quam idem Langen temere amplexus est. Ubi enim haec exsecrandi formula invenitur, ‚qui' semper coniunctum est cum pronomine, atque ita ut id subsequatur neque aliud vocabulum

[4]) Repugnant, nisi egregie fallor, in libris quidem modo Men. 696 ‚nimis iracunde hercle tandem', ubi ‚nimis hercle iracunde' scribere non dubito cf. Aul. I. 2. 28 nimis hercle invitus, Capt. l. l. nimis hercle — male (‚tam hercle certe' non ‚tam certe hercle' Merc. 186), et 1003 ‚Maxumo hodie malo hercle uostro istunc fertis: mittite', ubi R. cum metri causa olim Bothio auctore eum ipsum verborum ordinem restituisset, qui Plautino usu requiritur ‚Maxume hercle hodie malo uostro ss.', nuper (neue plautinische Excurse I. p. 176) Brixii coniecturam ‚Maxumo malo hercle vostro hodie' praetulit.

intercedat; nam Trin. 937, ubi libri habent ,Qui di te omnes perdant', iam Scaliger, quem Langenio auctore nunc quidem R. secutus est, ,Qui te di o. p.' scribendum esse intellexit cf. Men. 933 qui te Juppiter dique omnes perduint. Pers. 296 Qui te di deaeque — scis quid hinc porro dicturus fuerim. Rud. IV. 4. 122 qui te di omnes perdant. Cas. II. 4. 1 Qui illum di deaeque omnes perdant. Men. 451. Phorm. 123 qui illum di omnes perduint. Pers. 783 Qui illum Persam male di omnes perdant. Trin. 923 qui istum di perdant. Enn. trag. rell. Ribb. ed. II. p. 57, 288 qui illum di deaeque magno mactassint malo. Lucil. II. 8 M. qui te, Nomentane, malum iam cercera perdat. VI. 30 qui te bonus Juppiter. Cic. ad Att. IV. 7. 1 qui illi di irati.[3]) Spengel autem quod Philol. XXX. p. 560 proposuit ,Habitás. — Di illum hominem qui illic habitat perduint', per se quidem reprehendi non potest; sed non paulo lenior haec videtur emendatio: ,Habes? — Di illos homines (? omnes) qui illic habitant pèrduint'. ,Habet' pro ,habitat' recte sine dubio Fl. Curc. I. 1. 44 ,Nempe huic lenoni qui hic habitat. — Recte tenes' restituit et restituendum puto Poen. V. 2. 133 ,Leno hic habitat vicinus ss.' Luculentum huius ipsius vitii exemplum exstat in Diomedis libris I. p. 335 P, ubi in Naeviano versu Diomede ipso ,habet' formam testante ,habitat' scriptum legitur.
itat
Praeterea conferas velim archetypi scripturam Men. 69 habet et Truculenti locum II. 1. 35, ubi A praebet ,Velut hic est adulescens qui habitat hic, agrestis rusticus', BCD ,Velut hic agrestis est adulescens, qui hic habet'.

Saepissime autem librarios priscis vocabulorum formis recentiores substituisse nemo nescit, id quod eis quoque quos iam afferam locis videtur accidisse. Aul. II. 4. 18 ,Pumex non aequest aridus atque hic est senex' et Pers. 266 ,Nam id demum lepidumst triparcos homines, vetulos, aridos, auidos' ss. facillimo negotio ita restituuntur, ut ,ardus' et ,ardos' scribamus, quae forma et C. I. L. I. 577, 2, 21 extat et Lucilium ea usum esse Nonius p. 74, 20 auctor est; nam in priore versu ,atque' non ferendum, sed ,quam' reponendum esse mihi quidem Fl. ann. 1867 p. 630 et Fuhrmann ib. p. 842 non persuaserunt, in altero autem cur ,homines' vox cum Bothio et Ritschelio delenda sit, iustam causam non video. — Curc. V. 4. 21 ,tuas magnas minas

Non pluris facio quam ancillam meam quae latrinam lavat'

non dubito quin pro ,lavat' reponendum sit ,lavit'; nam praeter hunc locum ,lavas, lavat' ss. formae apud Plautum semper habent medialem vim, activam ,lavis, lavit' ss. cf. Most. III. 15. 10. Truc. V. 10. Quanta talibus in rebus librariorum libido sit, inde apparet quod Amph. V. 1. 50 ,Postquam peperit, pueros lavere (sic Non.) iussit nos' contra

[3]) Numquam cum ad illam formulam accedant ,hercle, pol, edepol, ecastor', Fleckeisenum misc. crit. p. 31 Merc. 436 recte scripsisse ,Hercle [qui] illunc di infelicent' ss. persuadere mihi non possum. Neque quod Buecheler mus. rhen. XV. p. 433 coniecit ,[Quin] hercle illunc di infelicent ss.' verum videtur, cum in exsecrandi formulis ,quin' particula numquam a Plauto aut Terentio usurpetur; nam Pers. 296, ubi BCD habent ,Quin te di deaeque' ,Ambrosianus ,qui' servavit, de Casinae autem loco III. 4. 19 ,Quin hercle di te perdant postremo quidem' alia res est, quippe ubi ,quin' vocabuli repetitione ludatur interpungendumque sit ,Quin hercle „di te perdant" postremo quidem', quod si fit, non opus est cum Langenio sic verba transponere ,Q. hercle te di p.' Cum Brixio autem Phil. XII. p. 655 ,hercle di illunc infelicent' scribi non posse ex eis apparet quae Langen l. l. disputavit. Mea quidem sententia ad Aululariae loci I. 1. 11 ,utinam me divi adaxint ad suspendium' similitudinem legendum est: ,Hercle illunc divi infelicent'; de verborum ordine cf. Asin. II. 7. 60 ,hercle istum di omnes perduint'. Eandem formam nescio an Bothius recte restituerit Most. 222 ,Di ⏑ me faciant quód volunt' ss., ubi R. ,pol' post ,di' inseruit et ,velint' scripsit, hoc quidem praeter necessitatem cf. Aul. IV. 10. 46 ,tum me faciat quod volt magnus Iuppiter', illud recte factum esse tum credam, cum certum ,pol' vocis in talibus formulis exemplum invenero, quod adhuc quidem mihi non contigit.

metrum atque usum Plautinum ‚lavere' in ‚lavare' et Truc. II. 3. 2 ‚Piscis ego credo — Minus diu lavare quam haec lavat Phronesium' ‚lavare' in ‚lavere' mutaverunt. Ceterum huius loci quam Varro L. L. IX. 106 in suis libris invenit scripturam ‚lavari', rectissimo iudicio an librarii mendo tribuenda sit dubitat; nam Plautinus usus ‚lavari' flagitat, quod Decurtatum qui exaravit casu aut coniectura invenisse Veteris et Ursiniani docet consensus, ut in Amphitruonis versu unus ex Parei Palatinis libris verum habet. — Pers. 176 ‚Memini et scio et calleo et commemini' tertium ‚et' praeter eam condicionem, qua talium vocabulorum apud scaenicos correptiones fieri solent Mueller Pros. p. 309 cum intellexisset, de triplici ‚et' delendo cogitavit; mea quidem sententia hoc loco librarii ‚calleo' supposuerunt pro ‚callo', ut Aul. III. 6. 22 ‚scatet' pro ‚scatat' coniunctivo, Most. 278 ‚oleas' (oleant) pro ‚olant', Pseud. 840 ‚fervent' pro ‚fervont' (A). ‚Sordēre' formam si mecum statueris, ne in Poenuli quidem loco V. 4. 6 opus erit ulla mutatione: Arabús murrinus omnía odor complebát: hau sordere vísust

Festús dies, Venus, nec tuóm fanum ss.

Sed num Stich. 255 ‚Immo tu ut abs te mutuom nobis dares' R. Bothio auctore recte restituerit ‚duis' formam, satis incertum videtur, cum multo facilior emendatio haec sit ‚m. n. dates'; ‚datare' autem ut pleraque quae dicuntur frequentativa a Plauto nonnumquam ita usurpatur, ut a simplici dandi verbo non differat cf. Most 602 tu solus credo faenore argentum datas. Poen. III. 4. 2 tuus servos aurum [iam] ipsi lenoni datat', ubi codd. ‚dabat'.

Interdum factum est ut ipsi homines docti formas a poetae usu alienas in Plautum intulerint. Ut quamquam simplicis ‚ferre' verbi perfectum numquam apud Plautum non est ‚tetuli' (cf. Amph. II. 2. 84. 168. Cist. III. 19. Ba. 482. 811. (960). Men. 381. 591. 629. Most. 471. Rud. prol. 68. IV. 1. 2. IV. 3. 101) [6]), tamen neque R. neque Fl. Ba. 230 ‚Mille et ducentos Philippos attulimus aureos' pro ‚attulimus' scribere dubitaverunt ‚tulimus' et Pseudoli versum 706 ‚In libello hoc obsignato ad te attuli (sic BCD; A Studemundio teste ‚obsonato abs te hoc attuli') pauxillulo' sic constituere ‚In libello hoc obsignato quas tuli pauxillulo'. Quorum versuum in illo iam Bothium verum invenisse persuasum habeo, cum scriberet ‚Mille et ducentos Philippum attulimus aureum', quo quamvis insolito dicendi genere et ipsum Plautum usum esse Ba. 272 recte ut videtur statuit Pareus ‚Mille et ducentos Philippum' (codd. Duc. et mille Philippum, R. Mille et duc. Philippos) et usus est Varro ap. Gell. I. 16. 13 ‚ad Romuli initium plus mille et centum annorum est'. De Pseudoli autem loco, quem maxime perturbatum esse notum est, equidem iudicium ferre non audeo. Neque Aululariae versum III. 2. 19 ‚Utinam mea mihi modo auferam quae adtuli salva' aut Rudentis IV. 3. 101 ‚Ne iste hauscit quam condicionem tetulerit: ibo ad arbitrum', ut quibusdam hominibus doctis visum est, sic emendare licere iam credo apparet, ut illic ‚ad [te] tuli', hic ‚tulerit' scribatur; sed hoc quidem loco cum etiam ‚tetuli' indicativum cum Reizio aliisque substituere vetemur usu Plautino (cf. Ed. Becker in Studemundi „Studiis" I. p. 218), nihil reliqui video nisi ut inter ‚tetulerim' et ‚ibo' vocabula versum excidisse putem, in Aulularia autem vel ‚huc' cum Wagnero vel ‚ad te' post ‚quae' vocem inserendum videtur (cf. Pseud. l. l. et Aul. III. 5. 24 ad te adtuli).

Aul. III. 6. 33 Me. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.
Eu. Non potem ego quidem hercle. Me. At ego iussero
Cadum unum vini veteris a me adferrier.

[6]) Primus, quantum scire possumus, bisyllaba perfecti forma usus est Terentius, apud quem trisyllaba in duobus modo Andriae versibus 808 et 832 invenitur.

In primo versu hiatus nescio an ,ad te' vocabulis post ,hodie' insertis explendus sit. In medio ,potem' coniunctivum satis posse intellegi Muellero Pros. p. 643 neganti plane assentior; accedit quod ut in nostris quidem libris Euclionis verba leguntur, Megadori responsum parum aptum est: nam sic non potaturum se esse, sed quod potet se habere neganti modo responderi potest. Denique aliquid excidisse etiam inde apparet, quod versum vix aliter metiri licet nisi hoc modo ,Non pótem égo quidem hércle. — At ego iússero'. Recte autem omnia videntur se habere, si versum sic fere explemus: Non [quod] potem ego quidem herele [habeo]. — At ego iussero.

Ib. IV. 7. 17 Strobilum miror, ubi sit, quem ego me iusseram
Hic opperiri. nunc ego mecum cogito,
Si mihi dat operam, me illi irasci iniuriumst.

In secundo versu ex usu Plautino scribendum est ,cúm ego mecum cogito' (? cum ègo[met] mecum c. cf. Mgl. 1375). Exemplis huius formulae a Luebberto in libri quem de ,quom' particulae syntaxi composuit p. 211 ss. collectis adde Cas. V. 2. 27 ,Sed quom cogito, non habuit gladium'. Eadem ,cum' particula non dubito quin et Amph. II. 2. 5 ,ipsa de me scio, quoi voluptas Parumper datast, dum viri mei mihi potestas videndi fuit' pro ,dum', cui particulae hic qui locus sit non video, restituenda et Cist. II. 3. 24 ,Iam perducebam illam ad me suadela mea, Anus ei amplexast genua' ss. post ,ei' vocem inserenda sit.

Ib. IV. 10. 1 Quis homo hic loquitur? — Ego sum. — Immo ego sum miser
et misere perditus.

,miser' vocem post ,ego sum' collocandam esse recte cum aliis vidit Wagner; sed restat etiam scrupulus. Ut enim semper Plautum ,perii miser' non ,perii misere' dicere constat, ita Curc. I. 2. 44 dicit ,perditus sum miser' et Mgl. 1253 ,amore perditast misera' non ,misere'; itaque in Aulularíae illo versu vereor ne una addita litterula scribendum sit: ,Ego sum miser. — Immo ego sum et miser e[t] perditus'. Idem adiectivum cum omnibus libris Mgl. 8 ,Quae (machaera) misera gestit stragem facere ex hostibus' et cum CD (B miserae) Ba. 208 ,Immo ut eam credis? misera amans desiderat' retinendum est, quo utroque loco Dousa et Acidalio auctoribus homines docti ,misere' substituerunt; nam cum affectuum verbis similibusque numquam Plautus ,misere' adverbium coniungit, sed adiectivum cf. Mgl. 801 cupiet miser. Curc. I. 2. 65 mihi misero amanti. Pers. 177 amas pol misera. Truc. I. 2. 93 horresco misera. Merc. 212. 1014. Pseud. 784 metuo miser. Rud. II. 7. 3 nescio quem metuentes miserae. Rud. II. 4. 28. Poen. V. 4. 79 misera timeo. Epid. III. 1. 1 exspectando exedor miser. Merc. 247 cura cruciabar miser. Cas. II. 3. 54 discrucior miser amore. Ba. 453. Trin. 103. Poen. I. 2. 155 discrucior miser. Cist. I. 1. 78 misera maceror. Cist. fragm. Ambros. (cf. Hermes I. p. 296) hic insanit miser. Ps. 300 miser amore pereo. Rud. II. 3. 66 id misera maestast. St. 349 miserae algebunt. Curc. II. 1. 7 ne medius disrumpar miser. St. 341 quoi misero medullam uentris percepit fames. Truc. II. 8. 2 mihi miserae condoluit caput. Rud. II. 3. 40 iactatae miserae. I. 2. 75 ut adflictantur miserae. Stich. 215 prae maerore miser consenui. Cas. II. 7. 9 ut festinabat miser. III. 2. 28 miseri ut festinant senes. Quibus ex locis apparet neque Cist. II. 1. 4 ullo modo de tali scriptura cogitandum esse: ,Iactór, crucior, agitór, stimulor, versór in amoris rotá miser[e], Exánimor ss., sed cum Fleckeiseno uno ex tribus illis verbis ,iactor, crucior, agitor' deleto scribendum esse ,◡◡ — ◡◡ — stimulór, versor in amóris rota miser, éxanimor', et eiusdem fabulae versum I. 2. 12 ,Is amore misere hanc deperit mulierculam' qui de suo addidit Terentianum potius usum secutum esse

(Andr. 520 scimus hanc quam misere amarit. Haut. 190 eam misere amat. Ad. 667 haud scio an illam misere nunc amet. Ad. 522 misere nimis cupio). Deinde nescio an et Curc. I. 3. 32 ‚viden ut misere moliuntur‘ restituendum sit ‚miserei‘ et Trin. 1039 recte ante Ritschelium (Eae misere etiam ad parietem sunt fixae clavis ferreis) pro librorum scriptura ‚Ea miserere‘ scriptum fuerit ‚Eae miserae‘ ss. Adverbii quidem ‚misere‘ usus rarissimus apud Plautum est. Praeter eos quorum iam mentio facta est locos, nisi memoria me fallit, in his modo invenitur versibus: Asin. I. 1. 108 moriri sese misere mavolet. Aul. prol. 14 quo cum labore magno et misere viveret. II. 4. 36 censen vero adeo parce et misere uiuere (?, codd. ‚adeo esse parcum et m. u.‘; veri simillimam puto Studemundi coniecturam ‚parcum et miserum u.‘, cf. uiuo miser Rud. I. 2. 39. miseri uiuont II. 1. 1. ut profecto uiuas aetatem miser Amph. IV. 2. 3. tu uiues miser Cas. II. 6. 51. miseri uictitant suco suo Capt. I. 1. 15), Truc. II. 7. 14 hoc in mare abit misereque perit. Ps. 74 est misere scriptum. Ba. 934 misere male mulcabere. Poen. IV. 1. 2 meum erum misere macerat. Most. 985 me misere miseret. Cist. IV. 2. 21 sunt homines misere miseri. Pseud. 13 misere miser sum. Aul. denique IV. 9. 10 Veteris lectio ‚heu me miserum miserum (misere) (‚misere‘ adscripsit m. 2., omm. rell.) perii‘ ad hanc scripturam videtur referenda esse: ‚heu me misere miserum, perii‘.

Aul. IV. 10. 66 Ei mihi: quod facinus ex te ego audio. — Cur eiulas? Videndum est, ne Plautus scripserit: ‚Ei mihi: quód ego facinus ex te aúdio‘ ss.; hiatus in dihaeresi admissus cui displicet, ‚ted‘ scribat licet et hic et V. 14 ‚Quod ego facinus audio ex te? — Euclioni huic seni subripui‘. Omnibus enim aliis locis, ubi illa formula occurrit, pron. personale numquam non subsequitur interrogativum [7]) cf. quid ego aúdio Amph. II. 2. 160. Poen. V. 2. 85 (Andr. 465). quíd ego ex te audio Aul. IV. 10. 4. Epid. I. 1. 42. II. 2. 62. Men. 1070. Ps. 347. Rud. III. 4. 34. quód ego hunc hominem facinus audiui loqui Aul. IV. 2. 9. quód ego facinus audio ex te Aul. V. 14. quód ego, Sceledre, scelus ex te audio Mgl. 289. sed quód ego facinus audio adveniens tuom Truc. II. 4. 31. Atque in plenioris formulae exemplis semper interrogativum sub ictu stat, unde Mostellariae versum 365 inde a quarto pede et Trinummi versus 1080 exitum, quicquid de reliquo versu statuas, sic dimetiendos esse perspicuum est: ‚Quid ita? — Pater adest (Bb, rell. adatest). — Quíd ego ex te aúdio? — Absumptí sumus (R. ‚Quid ego éx ted aúdio ss.;? ‚adest. — [Hem], quíd ego ex te aúdio?‘ cf. Poen. V. 2. 85 hem, quid ego audio?), Iam — Quid iam? — non sunt nostrae aedis ste (B, aedis CD). — Quíd ego ex te aúdio (Bergk, Beitr. z. lat. Gramm. I. p. 51 aedis staé. — Quid ego ex ted aúdio, pariter R. in ed. II., nisi quod ‚staec‘ scripsit, in proecdosi sine dubio rectius cum Camerario aedis istae. — Quíd ego ex te aúdio). [8]) — Traiectione verborum etiam Casinae versus II. 3. 13 ab hominibus doctis varie temptatus ‚Uxór mea meaque amoénitas, quid tu agis? — Abi atque abstine manum‘ sanandus est; scr. ‚quid tú agis? —

[7]) Idem Plautus observavit in simili formula ‚quid ego video‘ Amph. II. 2. 149. Men. 1062. sed quid ego video Men. 463. Mgl. 1281. Rud. II. 4. 29. sed quid ego aspicio Pers. 787. quid ego oculis aspicio meis Men. 1001. sed quid ego apertas aedis nostras conspicor Aul. II. 8. 18. quem ego video Rud. II. 3. 3. nam quem ego adspicio Poen. V. 3. 3, semel dixit in cantico metri necessitate coactus Pseud. 1286 ‚quid video ego‘.

[8]) Eadem de causa quam mecum communicavit Studemund Eduardi Kellerhoffii de Aulularíae illo versu coniecturam ‚Ei mihí: quod ego éx te facinus audio ss.‘ probare non possum. Ceterum quamquam ‚ei mihi‘ vocabula fere creticum aequare solent, tamen nonnumquam dactyli mensuram habent cf. Most. 265. 395; Ba. 106. 1174. Most. 303.

Manum abi atque abstine'. Simillima hyperbata habes Aul. II. 3. 3 vascula intus pure propera atque elue. Ad. 917 tu illas abi et traduce.

Ba. 161 Compendium edepol haut aetati optabile
Fecisti, quom istanc nactu's inpudentiam.
Peior magister te istaec docuit, non ego.
Nimio's tu ad istas res discipulus docilior
Quam ad illa quae te docui, ubi operam perdidi.
Edepol fecisti furtum in aetatem malum,
Quom istaec flagitia me celavisti et patrem.
Pist. Istactenus tibi, Lyde, libertas datast
Orationis: satis est: sequere hac me ac tace.

v. 166 et 167, qui hic quidem in omnibus libris nostris post v. 169 leguntur, R. cum illo loco nullo modo stare posse perspexisset, post v. 165 traiecit, atque hoc sane ordine hi quattuor versus 166-9 in Vetere post v. 175 repetuntur. Sed ne sic quidem locus videtur expeditus esse; nam cum versibus 166-7 verbis mutatis idem prorsus atque versibus 161-2 enuntietur idque multo deterius — satis enim inepte Pistoclero probro datur potius quod flagitia sua paedagogum et patrem celaverit quam quod commiserit —, tantum abest ut utrumque versuum par eiusdem poetae esse mihi persuadere possim, ut posterius referendum esse censeam ad alteram fabulae recensionem vel retractationem, cuius etiam alia vestigia extare notum est. Quod hi versus infra cum Pistocleri responso coniuncti in Vetere redeunt, indicari ea re videtur, eum qui fabulam rectractavit hos quattuor versus substituisse versibus 161-5. 168-9, ut hoc quidem loco fabulam breviaverit, quam alibi amplificavisse constat cf. Studemund, Festgruss der philolog. Gesellschaft zu Würzburg an die XXVI. Versammlung der deutschen Philologen und Schulmänner 1868 p. 40 ss.*) Turbae autem librorum facillime inde explicantur, quod cum 166 167 168b 169b in margine adscripti essent, librarii versus 166-7 ut errore omissos in Plautinorum versuum ordinem receperunt, non item 168b 169b propter 168a 169a; cum autem nihilominus illi versus in margine non deleti essent, sed in Palatinorum archetypo etiam exstarent, accidit ut et in Vetere falso loco insererentur, et in eo libro, unde Ursinianus atque Decurtatus fluxerunt, omitterentur. Eodem modo explicandum esse quod Menaechmorum versus 1037-43 et suo loco et post 1028 leguntur Spengelius in libri qui inscribitur T. Maccius Plautus p. 49 ss. docuit. Retractationum autem versus antiquitus in margine adscriptos fuisse inde apparet, quod haud raro in aliena sede et ante et post eum locum quo pertinent hodie leguntur. Ut in Bacchidibus qui tres versus in Palatinis modo servati respondent eis, qui in omnibus libris leguntur inter 511 et 515, inserti sunt post v. 519, in Mercatore v. 373-5 = 366-372 post v. 389

*) Pariter Poenuli scaenam III. 6. breviatam voluisse credo eum, qui v. 13 ,Tu sequere me intro, vos valete. — Et tu vale' scripsit; hoc enim versu admisso Plautinissimi versus 6-10 stare non possunt. Idem videtur egisse, qui in eadem fabula V. 3. 41 ss.

Nunc patrue, si vis tuas videre filias
Me sequere. — Iam dudum equidem cupio et te sequor. —
Quid si eamus illis obviam? — At ne inter vias
Praeterbitamus metuo: magne Iuppiter,
Restitue certas mi ex incertis nunc opes. —
Ego quidem meos mecum amores confido fore

versus 41-42 addidit. Nam hos versus eiusdem esse qui proximos scripsit persuadere mihi nequeo. Cum enim Hannonis filiae apud Veneris aedem sint, idem Agorastocles dicit, eum et senem, si suas velit videre filias, se sequi iubet et cum suadet ut illis secum obviam eat. Itaque aut v. 43-46 tollendi sunt, aut, quae mea quidem sententia est, 41-42.

locum nacti sunt, in Mostellaria id versuum par, quod ad v. 843-47 pertinet (,Vin qui perductet? — Apage istum perductorem: non placet: | Quicquid est, errabo potius quam perductet quispiam = Eho istum, puere, circumduce has aedis et conclavia: | Nam egomet ductarem, nisi mi esset ad forum negotium. — | Apage istum a me perductorem: nihil moror ductarier: | Quicquid est errabo potius quam perductet quispiam'; extremorum duorum versuum hanc revera esse in Ambrosiano scripturam Studemund me docuit), hodie exaratum exstat viginti septem versibus ante. [10]) Quid quod Aul. IV. 1. inter medios Plautinos (1-5. 13-16) retractationis versus (6-12) interpositi sunt, Cistell. vero I. 2. spuriorum versuum series (6-10) inter alteram spuriorum seriem (7. 11-13)? Indidem turbae repetendae sunt et in extremo Poenuli prologo, quem ut ipsam fabulam duplicem habere exitum sic diremptis et dispositis versibus apparebit:

121 Is hodie huc veniet reperietque his filias
2 Et hunc sui fratris filium, ut quidem didici ego.
3 Ego ibo, ornabor: vos aequo animo noscite.
8 Valete et adiuvate, ut vos servet salus =
124 Huc qui hodie adveniet, reperiet suas filias
5 Et hunc sui fratris filium. Dehinc ceterum
7 Quod restat, restant alii qui faciant palam.
6 Valete, adeste: ibo, alius nunc fieri volo,

et in ipsius fabulae scaena secunda actus quinti, in cuius scaenae versibus 82-93 duplicem recensionem inesse, quamquam manifestissima cum in Palatinis tum in Ambrosiano apparent vestigia, tamen novissimus editor adeo non sensit, ut omnia turbaverit. Sic autem illae recensiones discernendae sunt:

(81. Hanno. Habeo gratiam:)
82 Verum ego hic hospitium (A. Studemundio auctore, ,hospiti sum' rell.) habeo: Antidamae filium
83 Quaeso (codd. Quaero) commostra, si novisti, Agorastoclem.
Ag. . . . .
90 Ha. O mi hospes, salve multum: nam mihi tuus pater
91 Patritus (sic A. habere visus est Studemundio, rell. ,Pater tuus', unde ipse conieceram ,Paternus') ergo hospes Antidamas fuit:
92 Haec mi hospitalis tessera cum illo fuit.
93 Ag. Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur =
(81. Hanno. Habeo gratiam:)
84 Sed ecquem ádulescentem tu hic novisti Agorastoclem?
85 Ag. Siquidem Antidamai quaeris adoptaticium,
86 Ego sum ipsus quem tu quaeris. Ha. Hem quid ego audio?
87 Ag. Antidamae gnatum me esse. Ha. Si itast, tesseram

[10]) R. in Bacchidum et Mostellariae illis locis eandem rationem instituendam esse censuit, quam alibi quoque secutus est, ut diversis eiusdem loci formis commixtis tertiam efficeret utriusque participem cf. Merc. 982, Most. 1000, Stich. 158, 632 ss. Nam in priore Stichi loco recte coniunctis Ambrosiani et Palatinorum testimoniis hae duae restituuntur recensiones:

Neque quisquam melius referet matri gratiam (A., omm. rell.)
Quam egó meae matri réfero invitissimus (A cum rell.)
et Neque quisquam melius referet matri gratiam
Neque rettulit quam ego refero meae matri Fami (Pall., om. A),

quarum priorem reiciendam esse nemo negabit. Nonnullis locis ipse iam R. hanc rationem improbauit, ut Pseud. 523 et Merc. 555 cf. neue plautin. Excurse I. pag. 30 ss. et p. 80*.

88 Conferre si vis hospitalem, eccam attuli.
89 Ag. Agedum huc (A. ‚huic', non ‚huce', ut Geppert testatur)
ostende: est par probe, quam habeo domi:
93 Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur.

Numeri singulis versibus praepositi Palatinorum ordinem indicant; in Ambrosiano et v. 93 bis invenitur et versus sic se sequuntur: 81. 84-88. 82-83. 93. 89-92. 93, ut si v. 89 et priorem 93 post 89 traieceris, utramque recensionem discretam habeas. Eam quam priore loco posuimus a Plauto abiudicandam esse evincitur ‚Antidamas' forma, quam a Plautino usu abhorrere constat. Quae forma cum etiam in spuria Punicorum verborum interpretatione V. 1. 22 ss. usurpata sit — nam V. 2. 98 ‚Surruptus sum illinc. hic me Antidamas, hospes tuos, Emit' ss., ubi metrum aut ‚illim' aut ‚Antidama' requirit, ‚Antidamas' ex v. 91 illatum esse apparet —, utriusque loci unum eundemque auctorem esse veri non dissimile videtur. Lacuna quidem, quam inter uersus 83 et 90 intercedere nemo non videt, fortasse eo referenda est, quod is qui locum retractavit v. 86 retinuit eamque ob causam in margine repetere supersedit. — Retractatorem deprehendisse mihi videor etiam in Militis loco 986 ss.

Pal. Haec celox illiust, quae hinc egreditur internuntia.
Py. Quae haec celox? — Pal. Ancillula illius est quae hinc egreditur foras,
Quae anulum istunc attulit, quem tibi dedi.

Quorum versuum in primo cum Palaestrio dicere non possit, mulierem, quae ex Periplecomeni aedibus exeat, egredi ut internuntia sit, sed internuntiam esse Acroteleutii mulierem, quae egrediatur, comma post ‚egreditur' vocem ponendum est. Quae autem mulier sit, cum Palaestrio satis militem docuerit, Pyrgopolinices interrogare non potest ‚Quae haec celox?'; qui enim talium formularum usus Plautinus est, sic interrogare is modo potest, qui quae persona in scaenam ingressa est eam aut omnino non novit aut non statim agnoscit. Quod cum sensisset Bothius, ‚Quae celox?' scripsit, ut quamvis perspicuis Palaestrionis verbis prae nimio stupore non intellectis miles quam dicat celocem rogare putandus sit. Quae coniectura si vera est, Palaestrio quae respondet, ut in libris leguntur, recte se habere non posse manifestum est, qua de causa R. in opusc. II. p. 185** emendationem ita perficiendam esse censuit, ut ‚hinc' voce sublata sic reliqua verba traicerentur ‚ancillulast illius, quae egreditur foras', eique adsensit Lorenz. Sed ne sic quidem locum sanatum esse persuadere mihi possum praesertim in antecedente versu verbis ita interpunctis, ut videntur interpungenda esse, sed etiam atque etiam omnia perpendenti res sic videtur se habere, ut ne una quidem in versus 987 scriptura litterula mutata alteruter versus aut 986 aut 987 ad scaenicam quam dicunt retractationem referendus sit. Eadem enim fere efficitur sententia, sive v. 986 sive 987 cum v. 988 coniunxeris. Uter versus verus sit, Plautini sermonis peritis hominibus vix dubium esse poterit; Plautus enim si versum 987 scripsisset, ‚est' ad ‚quae haec celox' verba additurum fuisse et constans docet usus neque Ritschelium l. l. fugit. Concinnavit autem hunc versum actor nescio quis, cui ‚celox' verbum magis ex militis persona esse videbatur.

Ba. 552 Improbum istunc esse oportet hominem. — Ego ita esse arbitror.

Hiatu, ubi sermo ad alteram personam transit, quanquam Plautum prorsus abstinuisse non credo, tamen ut hic ‚et' particula ante ‚ego' vocem inserta eum tollendum esse putem, his efficitur locis: Curc. V. 3. 9 te volo. — Et ego te volo. V. 2. 59 Deos volo bene vortere istam rem nobis. — Et ego nobis omnibus. 75 spondeo. — Et ego . . . spondeo. Cas. III. 5. 62 Et tu orato. — Et ego orabo. Mgl. 1138 Neminem pol video nisi

hunc quem uolumus conuentum. — Et ego vos. Men. 652 Egomet. — Et ego. Most. 529 Hercules te ego invoco. — Et ego ... Poen. V. 5. 51 Credo. — Et ego credo. Rud. IV. 4. 11 Iterum te saluto. — Et ego te. Trin. 565 Volt fieri liber. — Et ego esse locuples. Men. 1094 Spero. — Et ego item spero fore. Rud. IV. 3. 86 Nisi quia hunc mecum esse dico. — Et ego item esse aio meum. Trin. 1163 Spondeo. — Et ego spondeo itidem. Fortasse praeterea pro ‚ita‘ scribendum est ‚item‘ (itā̃e cf. Pers. 224 at propero. — Et pol ego ite B., ire CD). Eadem particula vereor ne exciderit et Men. 1097 ss.

Te Suracusis natum esse dixti (codd. dixisti): [et] hic natust ibi.
Moschum tibi patrem fuisse dixti (D, dixit BaC, dixsti Bb): [et] huic itidem fuit

et Truc. II. 7. 23 ‚Iubeo vos salvere. — [Et] nos te, Cyame‘ (codd. noster Geta) cf. Cist. IV. 2. 58 uos saluto. — Et nos te. — Quem hiatum Mgl. 1376 ‚Stulte feci qui hunc amisi. ibo hinc intro nunciam‘ homines docti in troch. septenarii dihaeresi accedente interpunctione admiserunt mea quidem sententia tolerabilem, tamen cum libri pro ‚amisi‘ habeant ‚amisit‘, haud temere conicere mihi videor ita explendum esse ut scribamus ‚amis[er]im‘; de coniunctivo cf. Epid. III. 1. 6 absurde facis, qui angas te animi. Men. 805 male facis, quae insontem insimules. Saepissime autem librariorum incuria factum est, ut in verbalibus quae dicuntur terminationibus ‚t‘ littera in ‚m‘ litterae locum irrepserit cf. Mgl. 116 nuntiet, 397 gesserit, 858 adducat, 861 extollat, 1096 obmiserit, Trin. 474 edit, Cas. II. 3. 11 placeat pro ‚nuntiem‘ ss., Mgl. 1327 diiungitur‘ pro ‚diiungimur‘. Eodem vitio Truculenti locum V. 37, Auro hau ferro deterrere potest ne amet, Stratophanes‘ depravatum esse ne Spengelius quidem sensit; cum enim miles Phronesium ne Strabacem amet minis deterrere conatus sit, mulier respondere non potest, eum ferro Strabacem non deterriturum esse ne se amet, sed ipsam ne Strabacem, idque eam dixisse ex Stratophanis responso ‚Qui malum bella aut faceta's, quae ames hominem istimodi?‘ apparet, qua de causa ‚deterrere potes h[unc] ne amem‘ scribendum esse manifestum est.

Ba. 1099 Hoc hoc ést quod [pectus] peracescit, hoc est démum quod percrúcior.

Hanc Hermanni scripturam Ritschelio et Fleckeiseno probatam propterea veram putare nequeo, quod ‚hoc‘ pronominis mensura a scaenicorum usu discrepat. Quod pronomen cum non corripiatur nisi eisdem condicionibus atque ‚hic‘ et ‚huc‘ adverbia, ut et ipsum extra ictum positum sit et antecedat vox monosyllaba atque brevis — nam Ba. 720 ‚Quid tu loqueris. — Hóc ut futuri sumus‘ ss. iam R. rectissime scripsit ‚loquere. — Hoc út‘ ss., Mgl. 229 ‚Tute unus si recipere hóc ad te dicis‘ ss. idem ‚Tute unus si hoc recipere ad te‘ ss. vel ‚Tute hoc si unus‘ ss. (praef. Stichi p. XVII*), Cas. IV. 4. 2 Sospés iter incipe hoc út viro tuo sémper sis superstes‘ Guietus ‚incipe hóc, viro ut‘ ss., Ps. 140 autem ‚Hóc eorum opust‘ verba ionicum a maiori aequare putanda sunt, si sic recte se habet versus initium, id quod maxime dubium est, quod R. denique Mgl. 1062 in notis dixit licere etiam „heu hŏc ĕcastor“, nequaquam licere ipse credo iam intellexit —, pronomen igitur illud cum praeter eas quas diximus condiciones non corripiatur, quae in libris leguntur, nisi sic metiri non licet:

Hoc hóc est quod — péracescit, hoc ést demum quod pércrucior.

Versus igitur octonarius anap. est, ut ei qui antecedunt, lacuna autem explenda est ‚cor‘ vocabulo, cuius usum apud Plautum frequentissimum esse constat.

Ib. 1192 ss. Non tibi venit in mentem amabo (Spengel T. M. Pl. p. 232 non tibi am. v. in m.),

Si, dum vivas, tibi bene facias, iam pol id quidem esse haud perlonginquom?

Catalecticos versus ut efficerent, R. ‚amabo' et ‚quidem' vocibus deletis ‚iam' in priorem versum post ‚non' vocabulum reiecit, Fl. in priore ‚non tibi in mentemst te amabo' scripsit, in altero ‚iam' expunxit. Quod vocabulum quamquam corruptum esse patet, tamen unde corruptum sit haud difficile est inventu; nam et ad sententiam aptissimum est et proxime a librorum scriptura abest ‚tam' i. e. tamen, quam formam praeter Festum p. 360 M. ei quoque notam, qui Terentiana verba (Ad. II. 3. 14) ‚ne tam quidem' quamvis inepte sic interpretatus est ‚tam pro tantum, an tam pro tamen'?, at librariis prorsus incognitam, etiam Merc. 734 in ‚iam' transisse satis certa videtur Bothii coniectura. Cum ‚pol' autem coniunctam habes etiam Stich. 44 ‚Etsi illi improbi sint atque aliter Nos faciant quam aequomst, tam (sic A, rell. ‚tamen') pol Nostrum officium meminisse decet', unde nimirum acrostichi auctor eam sumpsit: ‚Senex castigat mulieres, quod eae viros Tam perseverent peregrinantis paupercs Ita sustinere' ss.; nam hic quoque ‚tam' idem atque ‚tamen' esse necesse est, quamquam nemo videtur perspexisse cf. fabulae versum 99 ‚Bonas ut aequomst facere facitis, quom tamen absentis viros Proinde habetis quasi praesentes sint'. Praeterea ea usum esse eum qui Mercatoris prologi versus 34 ss. confecit ‚Quae nihil attingunt ad rem nec sunt usui, Tam amator profert saepe advorso tempore', non dubito quin recte statuerit Bothius. Sed num Pers. 275 ‚Qui nunc sic tamen (sic A) es molestus' Koch in mus. Rhen. XXV. pag. 618 Palatinorum lectione ‚tam' recte abusus sit ad ‚tame' formam commendandam, parum certum videtur. Neque in Rudentis loco IV. 6. 6 ‚Ubi ubi erit, tamen iam (sic Vet., Decurt. om. ‚iam') investigabo et mecum ad te adducam semul Plesidippum', de ‚tam' forma cogitare licet, sed quae inter Veteris et Decurtati lectiones intercedit ratio, cum haec archetypi scriptura videatur fuisse ‚$\overset{\text{iam}}{\text{tamen}}$' — emendatas enim lectiones in archetypo inter lineas adscriptas saepissime et in Vetere cum mendosis coniunctas et in reliquis Palatinis omissas esse constat —, cum Fleckeiseno aliisque ‚tamen' expuncto ‚iam' intactum relinquendum est cf. Epid. III. 4. 56 ego illam requiram iam ubi ubi est. Andr. 684 iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo et mecum adductum tuom Pamphilum. Sed hos locos illa forma adhibita sanandos esse non prorsus videtur veri dissimile: Epid. IV. 2. 18 tám(en) ero matris filia. Poen. I. 2. 70 qui(bu)s ego tam(en) abstineó manus. Truc. IV. 3. 59 tám(en) ab ingenio est improbus.

Ib. 1196 Ne obnoxius filio sim et servo. — Mel meum, amabo, istaec fiunt:
Tuust: unde illum sumere censes, nisi quod tute illi dederis?

In priore versu primum quidem offendit ‚amabo' vocis usus,[11]) quippe quae semper cum enuntiato aut interrogativo aut imperativo coniungatur; nam Asin. III. 3. 117 ‚amabo, Libane, iam sat est' et Mgl. 1084 ‚iamiam sat amabost' ‚iam sat est' idem esse apparet atque ‚iam satis habe' (cf. Merc. 1002 obsecro satis iam ut habeatis), Cist. autem I. 2. 112 ‚nolito acriter eum inclamare: utut erga me est meritus, mihi cordist tamen: sed amabo tranquille' et Truc. IV. 4. 19 ss. ‚Immo amabo ut hos dies aliquos sinas eum esse apud me. — Minume. — Amabo' facillime ex eis quae antecedunt supplentur imperativi, deinde Asin. III. 3. 102 ‚amabo, faciam quod voles: da istuc argentum nobis'

[11]) In Persae versu 849 libri cum ‚amabo' voci eundem, quem in ceteris huius formulae exemplis habet (Truc. I. 2. 94. III. 2. 28. V. 6 i intro amabo) locum tribuant ‚Patronā intro amabo', non recte videtur R. coniecisse: ‚Intro i patrone amabo'; fortasse scribendum est: ‚Patrone m[i, i] intro amabo'.

sic potius verba sunt interpungenda ‚amabo — faciam quod iubes —, da istuc a. n.‘, Ba. denique 1149 ‚Eho, amabo. — Quo illae abeunt‘, ubi aliquid excidisse metro indicatur, ‚dic‘ potius post ‚amabo‘ inserendum quam cum Ritschelio ‚illaec‘ scribendum esse iam alio loco (Philol. XXIX. p. 394[5]) non temere contendisse mihi videor. Accedit quod Nicobuli ne meretrici obsecutus filio et servo obnoxius sit timentis animum Bacchis satis inepte ita confirmare studet, ut talia fieri respondeat, sc. ut patres et domini filiis et servis obnoxii sint. Deinde qui inter haec verba et ea quae sequuntur intercedit sententiarum nexus satis obscurus est. Quae offensiones cunctae tolluntur, si in versus exitu — hanc enim ipsam versuum partem saepissime gravissima damna fecisse quis est quin sciat? — librorum memoriam hoc modo mutamus ‚istaec mitte‘ cf. Amph. V. 1. 49 mitte ista. Poen. III. 1. 71 mittite istaec. Ad. 838 mitte iam istaec. Trin. 1168 ea missa facias omnia. Eun. 90 missa istaec face. 864 missa haec faciamus. Iam Bacchis seni dicit: istum timorem missum fac; nam tuus est filius atque tibi potius obnoxius semper erit, cum pecuniam non habeat, nisi tu dederis. — Truculenti etiam extremus versus IV. 2. 7, tu perge ut lubet ludin istos‘ gravissime corruptus est, ubi homines docti in Dousae coniectura ‚ludere‘ pro ‚ludin‘ scribentis acquieverunt, sed ‚istos‘ quoque vocem mendosam esse necesse est; nam de uno modo agi cum ex eis quae antecedunt (cf. v. 2. 3. 4. 6) tum ex proximis Diniarchi verbis ‚Quis iste est qui perit?‘ apparet. Plauti manum ut restituant fortasse aliis continget; non absurdum quidem hoc videtur: ‚tu pérge ut lubét sublin[ere] ist[i] os‘ (cf. Merc. 604). — Neque minus damnis obnoxius locus est initium versuum, cuius rei cum in ceteris fabulis tum in eadem Truculento multa exstant exempla. Ex quibus unum afferam, cuius emendationem mihi successisse putaverim. Versus II. 6. 28 talis est in libris:

Ere nudius quintus natus quidem ille est quid postea.

Extrema duo vocabula Stratophanis esse manifestum est; reliqua omnia Astaphio tribui solent. ‚Ere‘ vocem homines docti alius aliter emendare conati sunt. ‚Hercle‘, quae Ritschelii (opusc. II. p. 255**) coniectura est, non magis hoc loco ferri potest quam Cist. I. 1. 54, ubi ‚Equidem hercle addam operam sedulo‘ in libris legitur,[12]) quoniam ‚in veteribus scriptis neque mulieres Romanae per Herculem deiurant neque viri per Castorem‘. ‚Hodie‘ cum Kampmanno scripserunt Geppert et Spengel, quae tamen verborum coniunctio ‚hodie nudiusquintus‘ valde displicet, quamquam Plautum ‚hic dies hodie‘ dixisse me non fugit. Speciosissima est Fleckeiseni coniectura (ann. 1871 p. 810) ‚Perii, nudiusquintus ss.‘; sed longe simplicissimum hoc videtur: ‚[Loqu]ere. — Nudius quintus natus ille quidemst. — Quid postea?‘ De ‚loquere‘ verbi usu, quod cum eis quae antecedunt militis verbis coniungendum est, cf. Ed. Becker l. l. p. 132 ss.; ‚quidem‘ particulam cum aliis post ‚ille‘ traicere eo minus dubitavi, quod haud raro falso loco in libris Palatinis invenitur cf. Mgl. 483. Poen. III. 3. 36. Truc. II. 2. 10.

Curc. II. 3. 58 forte aspicio militem:
Aggredior hominem: saluto adveniens: salve, inquit mihi.

[12]) Fortasse scribendum est ‚Equidem hanc addam operam sedulo‘, i. e. dabo quam poscis operam cf. do tibi operam hanc Poen. IV. 2. 32. tibi hanc operam dico Ps. 560. hanc operam tibi dico Phorm. 62; ‚addo‘ idem fere hic est atque ‚dabo‘ cf. Poen. V. 4, 34 quom sibi nimis placent minusque addunt (sic A et Lambini veteres libri, ‚dant‘ Paris., omm. BC) operam, ut[i] placeant viris. Etiam Mgl. 59 idem ‚hercle‘ vocabulum in Palatinis veram scripturam ‚here‘ vel ‚herei‘ expulit, Poen. vero IV. 2. 42 in Decurtato manifesta interpolatione factum est ex ‚perde nullum‘ (i. e. perdent illum) ‚perhercle nullum‘. Dubito an etiam Rud. V. 3. 57 ‚Res solutast, Gripe: ego habeo hercle at ego me mavolo‘ (Fl. habeo. — [Tu] hercle: at e. m. m.) antiquitus scriptum fuerit ‚ego habeo argentum. — At ego me mavolo‘, ‚argentum‘ autem vocabulo nescio quo casu mutilato librarii ‚hercle‘ sibi legere visi sint.

Curculio de milite, in quem in Caria se incidisse dicit, ita verba facit ut de homine et sibi et Phaedromo notissimo. Cuius militis, ut hodie fabula in libris legitur, nusquam ante hunc locum fit mentio. Fieri sane potuit in eis quae inter II. 2. 23 et 24 excidisse recte videtur Fl. sensisse; sed etiamsi facta est, tamen vix ita, ut Phaedromus adfuerit: nam qua alia de causa militis absentis Phaedromo praesente mentio facienda erat, nisi ut illum Planesium amicam destinasse certior fieret? De hac autem re Phaedromum nihil compertum habere inde apparet, quod II. 2. 78 militem in alea Planesium ut amores suos invocavisse audiens maxime miratur. Neque igitur videtur Curculio militem sine alia nota, ne nomine quidem addito, ut notum hominem posse commemorare. Quae si recte disputata sunt, aliquid inter versus 58—59 excidisse necesse est, fuisse autem potest tale quid fere: militem

[Therapontigonum, qui anno erat hic: novistin? — Novi et scio.].

Etiam Epid. III. 2. 12 ss.

Dum tibi ego placeam atque obsequar, meum tergum floccifacio. —
Nam quid ita? — Quia ego tuum patrem faciam perenticidam. —
Quid istuc est verbi. — Nil moror vetera et volgata verba:
Perâtim ductare: át ego — follitim ductitábo

cum inter versus 12 et 13 aliquid periisse suspicor, cum sententiae parum cohaerere videantur, tum inter 14 et 15 plures versus intercidisse persuasum habeo; nam primum quidem ut in similibus locis (Curc. I. 1. 31. Cist. II. 3. 61. Pseud. 608. Phorm. 343) Epidico quid verbi ‚perenticida' sit explicandum est, deinde versus 15 nullo modo intellegi potest, nisi sic fere Epidicus perrexit: sed minus quam decet de me praedicavi; nam etiam alii servi gloriari possunt se eros ‚peratim ductare: at ego [erum] follitim ductitabo'. — Neque Rudentis locum IV. 3. 82 ss.

num qui minus,
Si veniat nunc dominus quoiust, ego qui inspectavi procul
Te hunc habere fur sum quam tu?

aliter expedire possum nisi ita, ut post v. 82 aliquid nescio quo casu interceptum esse statuam. Nam ‚procul inspectavit' Trachalio Gripum vidulum in mari excepisse (cf. v. 80 Quemne ego excepi in mari. — At ego inspectavi e litore), ‚habere' etiam nunc videt; deinde non ea de causa, quod procul inspectaverit Gripum vidulum excepisse et habere sciat, furem se non minus quam illum fore Trachalio dicere potest, sed si dominum quaerentem illum habere celet. Quibus de causis haec fere excidisse mihi videntur: ego qui inspectavi procul

[Te in mari excepisse, si non illi quaerenti indico]
Te hunc habere ss.

Eadem fabula vereor ne etiam ante versum V. 3. 38 ‚Salvos sum: leno labascit: libertas portenditur' iacturam fecerit; nam in eis quae leno modo dixit nihil inest, unde Gripus illum labascere colligere possit. Idem accidisse videtur inter Stichi versus 607 et 608; cum enim Pamphilus Gelasimo ne exiret monenti, quia iam Athenis homines noctu in via afflictentur, v. 607 responderit:

Tanto plureis, qui defendant, ire advorsum iussero,

qui tandem Epignomus proximo versu fratrem, quia parasitus tantopere suadeat ne ebitat, non ire potest dicere? Quae difficultas mea quidem sententia tolli non potest, nisi Pamphili verba excidisse statuimus, quibus metum quendam simulavit.

Capt. I. 2. 1 ss. ‚istos captivos duos, Heri quos emi —, His indito catenas singularias' et Poen. III. 5. 25 ‚Hi qui illum dudum conciliaverunt mihi Peregrinum Spar-

tanum, id nunc his cerebrum uritur' ,eis' pro ,his' scribendum est ex certissimo usu Plautino. Neque enim substantivi vel pronominis notio intermisso enuntiato relativo repetitur ,hic' pronomine, sed aut ,is' aut, id quod rarius fieri recte dicit Brix ad Trin. 328, ,ille' pronominibus, cuius usus exemplum ad illos locos magis appositum vix afferri potest quam Poen. III. 3. 31 hunc chlamydatum quem vides, ei Mars iratust. Eadem de causa et Capt. prol. 1 ss. ,Hos quos videtis stare captivos duos, Vincti quia astant, hi stant ambo non sedent', si in secundi versus principio homines docti recte coniecerunt ,Vincti quia astant' (BD Illi qui astant), ,i' scribendum est, neque Most. 858 ss. ,Servi qui, quom culpa carent, tamen malum metuont, Hii (sic hoc loco libri,
unt
ubi repetuntur hi versus in Menaechmis B habet metuo ni, de CD nihil dicit R.) solent esse eris utibiles' R. cum FZ ,hi' pro ,hii' scribere debuit, sed ,i', quae forma etiam v. 863 ex eadem scriptura videtur restituenda esse (cf. Mgl. 753 B hii, Lorenzio auctore Phil. XXXII. p. 416, rell. ii). Saepissime autem librarios ,i' et ,is' (= eis) formis, quippe quas minus intellegerent, ,h' litteram addidisse, ut ,hic' pronominis formae existerent, notissima res est. Quid quod non raro etiam pro ,is' nominativo ,his' scripserunt (ut in A quoque Stich. 59), unde nonnullis locis ,hic' ortum est, ut Capt. prol. 19. II. 2. 85. Cas. IV. 1. 9. Men. 650, fortasse etiam Trin. 814 ,Adferre se non petere hic (R. hinc) dicet'. Denique librorum in his rebus quanti fides sit, quo melius perspiciatur, mentionem facere liceat versuum Epid. II. 2. 54 et Poen. V. 2. 151, ubi Vetus habet ,eharum' pro ,earum'; nam in Epidici loco Ambrosianus Studemundio auctore habet ,earum', quod iam Brix in ann. philol. 1870 p. 766 restituit, non ,harum', ut testatur Geppert.

Cist. IV. 1. 8 Lampadiscus servus postquam Phanostratae de anu quid nuntiet interroganti omnia quae dudum confessa sit eam iam infitias ire respondit, sic pergit:

Nam hercle ego illam anum inridere me ut sinam? satiust mihi
Quovis exitio interire.

,Nam' particula ellipsi quadam explicari potest, qua ratione cum aliis locis explicanda est tum his illius non dissimilibus Amph. I. 1. 298, Ba. 847, Cas. III. 5. 19, Pseud. 1248. In ,hercle' autem interiectionis usu haereo, quippe quae in interrogatione locum non habeat. Nam Pseud. 626 Ambrosiani scripturam ,tibi hercle dem' (rell. ,tibi ego dem') ad librarii errorem referendam esse apparet, Men. autem 453 ,non ad eam rem hercle otiosos homines decuit deligi?' ,hercle' praeter libros a Ritschelio additum est, neque maiorem fidem habet quod idem ib. 536 in notis proponit: ,Quid istuc? armillae hercle ubi sunt?' Idem dicendum est de ,pol, edepol, ecastor' interiectionibus; nam Aul. II. 4. 7 ,Pol si quis vellet, haud non velles dividi', si quidem recte ut videtur Brix ,pol' scripsit pro tralaticia lectione ,post', non causa est cur cum Wagnero enuntiatum interrogativum esse putemus. In Cistellariae quidem versu ,quam' particula ante ,illam' vocem inserta scribendum esse censeo: ,Nam hercle ego [quam] illam anum inridere me ut sinam, satiust mihi' ss. cf. Amph. IV. 1. 9 nam me quam illam quaestionem inquisitam hodie amittere mortuom, satiust. Ba. 512 verum quam illa umquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propensior, mendicum malim mendicando vincere. Cas. I. 1. 23 hercle me suspendio, quam tu eius potior fias, satiust mortuom. — In extrema hac scaena videndum est ne Plautus scripserit:

nam obsecro unde haec gestium[st]?
An quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum quasi
Dedita opera in tempore ipso ss.,

libri habent ,aut' pro ,an', ut Ambr. Most. 681.

Ib. IV. 2. 23 Ille nunc laetus est quisquis est qui illam habet,
Quae neque illa illi quicquam usui est et mihi potest.

De altero versu quicquid statuendum est, hoc quidem certum est aut post ‚est' voculam inserendum aut ex ea restituendum esse ‚et' cf. Rud. IV. 4. 39 hoc neque istic usust et illi miserae suppetias feret.

Epid. I. 2. 44 Epid. Mihi dolet quom ego vapulo.
Strat. Quid tu nunc? patierin ut ego me interimam?

Hanc in alterius versu principio verborum distinctionem falsam esse eo evincitur, quod ‚quid nunc?' formulae neque apud Plautum neque apud Terentium aliud umquam vocabulum additur vel interponitur. Hac de causa etiam ‚iam' particula a Ritschelio Ps. 1330 ‚Quidnunc? num quid iratus es aut mihi' post ‚nunc' addita longe abicienda est (cf. Ba. 884 Quid nunc? impure, num quid debetur tibi?)[12]. In Epidici igitur loco sic potius verba interpungenda sunt: ‚Quid tu? nunc patierin' ss.; ‚nunc' in interrogationis initio positi quae vis sit, intelleges, si sic fere ex fabulae argumento sententiam suppleveris: nunc cum maxime in eo est, ut voto potiar, ut me interimam patierisne? Idem genus dicendi, cuius frequentissimus apud Plautum usus est, in his quoque versibus videtur restituendus esse: Capt. III. 5. 59 Quid tu? una nocte postulavisti ...? Rud. IV. 3. 54 Quid tu? numquam audivisti ...? Trin. 116 Quid tu? adulescentem ... quin eum restituis? Men. 1117 Quid vos? tum patri filii quot eratis? Mgl. 958 quid hic? undest? 961 Quid ea? ingenuan ... est? 1021 quid ego? astabo ...? Most. 977 quid is? aedis emit? — Interpunctio, non omnium librorum scriptura etiam Nonii testimonio confirmata mutanda est Pers. 234 ‚Quid metuis? — Metuo hercle vero', ubi hoc quidem recte intellexit R., neque Toxilo quid metueret interroganti respondere potuisse Dordalum se metuere, et ex Dordali verbis apparere Toxilum potius interrogavisse num metueret, sed ‚Ecquid metuis? — Hercle vero' conicientem fugit neque umquam a Plauto aut Terentio in responsis nudum ‚hercle vero' usurpari, sed semper coniunctum cum aliqua vocula, ut ‚ego h. v., ita h. v., metuo h. v.', et eandem sententiam hac interpungendi ratione effici: ‚Quid? metuis? — Metuo hercle vero' cf. v. 357 Quid? metuis ne te vendam? — Non metuo pater. — Falso exclamationis signum posuit Geppert Cas. II. 8. 30 ‚Ut tibi, dum vivam, bene velim plus quam mihi!'; exclamationem enim hoc enuntiatum esse Plautus si voluisset, scripsisset ‚volam', non ‚velim'. Immo sic locus explicandus est: Olympio cum dixerit ‚Ut tibi morigerus hodie, ut voluptati fui!', Lysidamus respondet, ita sibi eum morigerum et voluptati fuisse, ut ei, dum vivat, bene velit plus quam sibi.

Mil. glor. 88 Hoc oppidum Ephesust: idẽ (B, omm. CD) miles meus erus,
Qui hinc ad forum abiit, gloriosus, impudens —
91 Ait sese ultro omnis mulieres sectarier.

[12]) Ut in Philol. XXVII. p. 407 ‚quid nunc' formulam recte mihi videor restituisse Amph. I. 1. 277 et Mgl. 341, de quo loco idem sentit Lorenz (Philol. XXXII. p. 304), ita etiam Asin. III. 3. 121 ‚Quid? nunc quoniam — nos delusistis, datisne argentum?' restituendam esse hi docent loci: Capt. V. 1. 9 quid nunc? quoniam tecum servavi fidem. Truc. prol. 4 Quid nunc? daturin estis an non? Aul. II. 2. 77 quid nunc? etiam mihi despondes filiam? Ba. 1167 quid nunc? etiam (R. iam) redditis nobis ss. Neque persuadere mihi possum, Ritschelium Trin. 468 recte verba sic distinxisse: ‚Quid? nunc si in aedem ad cenam veneris' ss., cum vulgo ‚quid nunc?' verba coniungerentur. Ceterum ‚qui nunc?' quamquam Pseud. 154 BCD (A Studemundio auctore ‚quid') habent, Amph. II. 2. 123 BD (ex Parei Palatinis unus ‚quid', rell. ‚quin'), Epid. III. 4. 80 A (B ‚quid'), tamen Plautinorum locorum numerus, ubi ‚quid' traditum est (de Terentio v. Eun. 1025. Ad. 947), tantus est, ut Fl. ‚qui nunc' non minus quam ‚qui iam' pro ‚quid iam' in epist. crit. p. XVIIII. iniuria defendisse putandus sit.

Pro ,idē' R. et Fl. cum Bothio ,inde' scribunt atque cum v. 91 coniunctum volunt, quam structuram Lorenz (Phil. XXXII. p. 276) merito nimis duram dicit. Idem quod cum Lipsio ,inde miles meus erust' vel ,indest miles meus erus' scribendum esse censuit, ipse sensit pro ,inde' potius exspectari ,hinc'; praeterea militem Ephesi natum esse neque usquam indicatur neque necesse est. Proxime abest a Veteris scriptura neque quicquam habet offensionis ,illest miles meus erus' cf. Cist. I. 2. 4 illam quae hinc flens abiit. I. 3. 43 illam quae dudum flens hinc abiit ad matrem suam. Trin. 6 illaec huc quae abiit intro. Inter d et ll litteras variant libri v. 1207 ,Et illē ago telli illiberabo' B, ,Et idem ago telliberabo' CD, ubi neque Ritschelii coniectura ,Item illinc ego te liberabo' neque Ribbeckii a Lorenzio addito tamen dubitationis signo recepta ,Itidem illim ego te liberabo' ferri potest; fortasse in librorum memoria nihil aliud latet nisi ,Equidem ego te liberabo': de ,equidem ego' cf. Rud. IV. 4. 33 Equidem ego neque partem posco ss. Ba. 435 id equidem ego certo scio. Aul. fragm. ap. Non. 396, 7 non equidem ego qua (? aequa) voluptate sumsi neque tetigi. Merc. 264 amavi hercle equidem ego olim (Pall., A male ,eq. hercle ego o.'). Amph. II. 2. 132 equidem ego ex te audivi (Fl., ,ego eq.' codd.). Veteris scriptura ,telli illiberabo' ex mera dittographia orta videtur, ut Truc. II. 6. 47 ,me imme in meum' ex ,mel meum' ortum esse constat.

Ib. 977 Hercle occasionem lepidam ut mulierem excludam foras.

Pro ,excludam' librorum lectione, quam R. Fl. Lor. secuti sunt, Lambinus scripsit ,extrudam', sic disputans: ,extruditur foras qui intus est, excluditur qui vult quidem introire, sed prohibetur introitu; atqui Philocomasium erat apud militem et in domo militis; non igitur convenienter neque apte dici potest miles eam excludere foras, sed extrudere foras'. Quae egregie disputata sunt; semper enim apud Plautum atque Terentium ,excludere' idem est atque ,non admittere, non recipere' cf. Asin. III. 3. 6. Men. 668. 671. 1040. Truc. II. 5. 5. Eun. 49. 88. 98. 159. Hec. 339. Ad. 119 (Andr. 386), at ,extrudi' dicitur qui domo, ubi habitat aut quo receptus est, expellitur cf. Aul. prol. 38. I. 1. 5. 31. Cas. IV. 1. 18. Cist. II. 1. 53. Mgl. 1124. Poen. V. 4. 49. Rud. IV. 4. 2. 21. Truc. I. 1. 68. Eun. 737. Heaut. 589. 809. Hec. 173. Ph. 692. 913.

Ib. 1134 Satin ut commoditas usque quaque me adiuvat.

Lorenz in ,commoditas' vocabulo non offendisset, nisi eum fugisset scribendum esse ,Commoditas' cf. Pseud. 669 Opportunitas, Asin. II. 2. 2 Lubentia, Capt. IV. 2. 84 Lux, Laetitia, Gaudium, 97 Saturitas, Cist. IV. 1. 18. Rud. I. 4. 11. Pseud. 709 Spes, Capt. IV. 2. 84. Asin. III. 3. 123. 127. 128. Cist. III. 13. IV. 2. 76. Most. 351. Pseud. 709. Ad. 761 Salus, Poen. IV. 2. 24 Ignavia.

Ib. 1296. Nam ego hanc arcesso Philocomasium.

Hanc archetypi scripturam esse cum Veteris et Decurtati consensus doceat, Ursiniani autem lectio ,accersam' librarii sive errori sive coniecturae tribuenda sit, tamen R. hanc quam reciperet dignam putavit. Tantum autem abest ut ceterorum librorum lectioni praestet, ut totum locum turbet. Ea enim admissa ,nam' particula quid sibi velit intelligi non potest, ut non mirum sit, quod Ribbeck et Lorenz — nam hi cum Fleckeiseno Ritschelium secuti sunt — in ea offenderunt, quorum ille ,nunc adeo arcessam' in mus. Rhen. XII. p. 610 coniecit scribendum esse, hic in notis ,nam' habere negat quo referatur. At archetypum si sequimur, ,nam' facillime ex certo quodam usu Plautino explicari potest. Ut enim iam alii viderunt (cf. Brix ad Trin. 23), haec particula non raro a Plauto post generalem quam dicunt sententiam ita usurpatur, ut qua re commotus is qui loquitur sententia illa usus sit indicetur. Optime autem hic usus illustratur his locis Plautinis, ubi plenior est oratio: Trin. 1054 hoc qui in mentem ve-

nerit mihi? modo re ipsa commonitus sum: nam ego ss., Ba. 387 id opera expertus sum esse ita: nam ss., Truc. II. 7. 4 nam hoc qui sciam ne quis id quaerat ex me, domist qui facit improba facta amator. Exemplis a Brixio collectis (Trin. 25 nam ego amicum hodie meum —, Men. 96 Nam ego ad Menaechmum hunc eo[18]), Capt. III. 1. 4 Nam hercle ego huic die —, 18 Nam ut dudum hinc abii —, Cist. I. 2. 4 Nam illam ego olim —, Mgl. 948 Nam ego hodie ad Seleucum regem —, Truc. I. 1. 58 Nam mihi haec meretrix —, Most. 1044 Nam erus me postquam rus misit —) addenda sunt Amph. II. 2. 5 Nam ego id nunc experior —, Most. 133 Nam ego ad illud frugi usque et probus fui, 874 Nam nunc domi nostrae tot pessumi vivont, Pers. 471 nam ego hodie compendi feci, Pseud. 792 Nam ego si iuratus pessumum hominem quaererem (ubi Ladewig Philol. XVII. p. 761 perperam scripsit Ne ego ss.), Poen. II. 4 Nam ego hodie —, Rud. IV. 2. 19 Nam ego nunc —, Truc. IV. 4. 3 Nam mihi dividiaest, fortasse etiam Pseud. 577 nam ego in meo prius pectore (R. iam in meo pectore ego prius); egregie idem genus dicendi restituit Brix Aul. IV. 1. 17 ‚nam erus meus amat' ss., ubi libri ‚nunc' pro ‚nam' habent. Tam constans autem est in his locis ‚nam ego' vocabulorum coniunctio — Captivorum enim locus III. 1. 4 ‚Nam hercle ego' ss. suam habet excusationem, quoniam inter ‚nam hercle' verba numquam aliud vocabulum nisi pronomen cum ‚quidem' particula coniunctum interponitur —, ut neque Cist. I. 2. 4 sic verba transponere dubitem ‚Nam ego illanc olim', neque Capt. III. 1. 18 ‚Nâm ut (vulgo scribitur ‚uti') dudum hinc àbii' aut Truc. II. 7. 4 ‚Nam hóc qui sciâm ne quis id quaerat éx me', quo utroque loco aliquid excidisse metrum indicio est, ‚ego' vocem inserere, id quod in posteriore versu iam Mueller Pros. p. 746 coniecit. Neque veri videtur dissimile, eandem vocem etiam Ba. 388 ‚Nâm ut in Ephesum hinc abii' excidisse. — De eiusdem fabulae loco 1324 ss.

Py. Ne fle. Phil. Non queo,
Quom te video. Py. Habe bonum animum. — Phil. Scio ego quid doleat mihi.
Pal. Nam nil miror si lubenter, Philocomasium, tu hic eras,
Quom ego servos, quando adspicio hunc, lacrumo, quia diiungimur

Lorenz in Phil. XXXII. p. 437 non recte videtur negasse v. 1325 et 1326 ullo contineri sententiarum vinculo neque ‚nam' particulam quo referatur habere. Immo ‚nam' particula in initio orationis posita, qua alter alterius dicta comprobaturus est, ellipsi quadam explicanda est ut Capt. IV. 2. 116, Trin. 747, Pseud. 970, ubi Ritschelius an ‚iam' potius scribendum esset dubitare non debuit. quibus locis exempla addenda sunt ‚namque' particulae a Brixio in Trinummi editionis alterius p. 122 collecta. Itaque non vereri non possum, ut recte Lorenz inter illos versus interposuerit 1338-1343. — Liceat mihi hic de ‚namque' particulae usu hoc addere, numquam ea aut Plautum aut Terentium uti nisi ante vocales. Nam Amph. II. 2. 198 ‚Namque de illo subditivo Sosia mirumst nimis, Certe de istoc Amphitruone iam alterum mirumst magis' etiam áliis de causis aut ‚Nam quom — nimis' cum Muellero Pros. p. 20[1] aut ‚Quamquam — nimis' scribendum videtur. Quod autem L. Mueller Lucil. p. 244 Plautina verba a Nonio p. 149, 9 et 205, 4 servata sic emendare sibi visus est ‚Namquè coloratum frontem habet, petilust, habrus', utroque loco in libris recte legitur ‚nam'.

Ib. 1301 Iamdudum res paratast: heus Palaestrio
Aurum, ornamenta, vestem, pretiosa omnia
Duc adiutores tecum ad navim qui ferant.

18) Suo iure hic Brixium ‚hunc' tralaticium (R. nunc) conservasse praeter militis illum locum docet Truc. I. 1. 58; ad hiatum explendum non dubito quin cum Muellero Pros. p. 505. Nachtr. p. 80 ss. ‚nunc' post ‚hunc' addendum sit.

In primo versu pro ,paratast heus', ut R. Fl. Lor. Pylade duce ediderunt, cum libri habeant B ,paratas si', CD ,paratast,' vix dubium esse potest quin scribendum sit ,paratast: i, Palaestrio', praesertim quia Palaestrio in v. 1305 respondet ,eo' cf. Merc. 787 ss. Syra, ei, rogato —. Eo. Phorm. 309 Abi, Phaedria, eum require atque huc adduc: — Eo. Eun. 445 Abi, vise. — Eo. Ba. 902 i, vide sitne ibi. — Abeo ad forum igitur. Cas. IV. 2. 12 ss. Abi — Eo. Simile dicendi genus restituendum esse puto facillima emendatione Rud. II. 5. 24 ,eus si Ptolemocratia cape hanc urnam tibi', ubi Fl. Camerario duce coniecit ,Heus Ptolemocratia, cape sis hanc urnam tibi'; scr. ,Heus éxi, Ptolemocratia, cápe hanc urnám tibi' cf. Curc. II. 2. 26 Heus [exi], Phaedrome, exi, exi, exi, inquam, ocius. Pers. 459 Sagaristio, heus exi atque educe virginem. Poen. I. 1. 203 heus i foras, Agorastocles.

Ib. 1405 Non licet mihi dicere? —
Dic. — Oratus sum ,ad te venirē' (B, ad te amuttire CD). — qua re
(B, ,quirere' CDa, ,quiarere' Db) ausus. — Em tibi.

Hoc loco ut haud paucis huius fabulae Decurtatus et Ursinianus archetypi scripturam maiore fide servaverunt quam Vetus, qui ut alibi (cf. 1317 ,eant ventus' CD i. e. ,eas, uentus', ,adventus' B) ita hic interpolationem resipit. Primus R. cum intellexisset vulgatam lectionem ,ad te venire' nullo modo ferri posse — ipse autem coniecit ,oratus sum huc venire' —, Buggius CD libris ducibus ,ad eam' restituendum esse perspexit, sed emendationem non perfecit; nam quae Veteris simul lectione ,venire' servata existit versus forma ne a Lorenzio quidem improbata ,Dic. — Oratu' sum ad éam venire' inelegantior est, quam quae Plauto tribui possit. Equidem non dubito, quin Decurtati Ursinianique testimonium cum Veteris hoc modo coniungendum sit: ,Díc. — Oratus sum ád eam ut irem'. In posteriore versus parte, quam R. sic constituit ,Quáre's ausus? en tibi', recte librorum testimoniis coniunctis et his adhibitis locis Aul. IV. 10. 10, Ps. 348 cur id ausu's facere?, Men. 493 cur ausu's facere?, Epid. V. 2. 45 cur dare ausu's? (cf. ib. v. 32 qua fiducia ausu's ss.) haec efficitur scriptura: ,Quor ire ausu's? em tibi'.

Merc. 891. Ego istum in tranquietu osistam (B, ,in transquicto tuto sistam' rell.): ne time.

R. Acidalio (tibi istunc) et Camerario (in tranquillo et tuto) ducibus ,Ego [tibi] istunc in tranquillo et tuto sistam: ne time' scripsit, Buggius nuper (Philol. XXXI. p. 249) proposuit ,Ego [tibi] istunc in quieto, tuto sistam: ne time'; mihi quidem coniunctis demum Camerarii et Buggii inventis librorum memoriae satisfieri videtur:

Ego istum in tranqui[llo, qui]eto, tuto sistam: ne time.

Men. 143 egregia Brixii emendatio ,Dic mihi, enumquam (codd. numquam) tu uidisti tabulam pictam in pariete' comprobatur Ausonii testimonio, cuius Plauti editores ad unum omnes videntur immemores fuisse, in epistulae ad Gregorium filium sexto edyllio praemissae principio his verbis utentis ,enumquam uidisti nebulam (scr. tabulam) pictam in pariete'.

Ib. 292. Nam equidem insanum esse te certo scio.

R. et Brix quod ad versum explendum ,edepol' post ,equidem' vocem inseruerunt, fugit eos ut etiam alios inter ,nam' et ,hercle, edepol, pol' voces a Plauto numquam alia vocabula interponi nisi pronomina cum ,quidem' particula coniuncta. Mihi quidem videtur facillima emendatione scribendum esse ,Nam equidem [insanum] insanum esse te certo scio': ,insanum insanus' dictum est ut ,stulte stultus, docte doctus, impudenter impudens', de ,insanum' adverbio cf. Ba. 761 insanum magnum molior negotium. Most.

908 insanum bonam porticum. Trin. 673 insanum malumst hospitium. Nervol. ap. Non. 127, 26 insanum valde deamat. Mgl. 24 insanum bene (A, ‚insane bene' cum Varrone reliqui libri Plautini).

Ib. 821. Tu negas? — Nego hercle vero. — Inmo (Inmo B) hec eludere negas. ‚Immo hercle' Vahlen (mus. Rhen. XVI. p. 638) restituit, qui idem acumen loci quod sit egregie illustravit; in exitu quidem versus R. quod coniecit ‚ludicre negas' ferri non posse Luchs (in Studemundi studiis I. p. 39) docuit. Quae ab eodem commemoratur Studemundi coniectura ‚ridicule negas', ingeniosa sane est, neque propterea, quod non ita prope ad librorum scripturam accedit, ea nondum Plauti manus restituta esse mihi videtur; sed desidero vocabulum aliquod et vehementius, cum senex iam adeo exacerbatus sit, ut Menaechmum in eisdem atque illius filiam aedibus habitare se negantem insanissimum esse modo dixerit, et quod ‚vero' illi etiam aptius respondeat. Cum autem saepissime et d atque p litterae inter se confundantur — ex una hac fabula haec memini exempla: 116 detam, 204 proderent, 309 idse, 599 datiar, 685 dostillac, 962 perderam, 1019 derire, 1142 dotaui — et syllabarum traiectiones gravissimarum turbarum causae fuerint (cf. Merc. 150 ‚ob esse sequentem' pro ‚esse obsequentem', Rud. V. 3. 31 ‚defraudandum dares' pro ‚defraudares dandum'), coniecerim pro ‚ludere' scribendum esse ‚peiure', qua de forma v. quae Usener ann. phil. XCI. p. 227 et Lorenz Philol. XXVII. p. 549 disputauerunt.

Most. 1026 Quaeso edepol huc me aspecta et responde mihi.

R. et Lorenz scribere non dubitaverunt ‚ad me huc specta'; sed quod dicendi genus in libris traditum est, defenditur Amphitruonis loco II. 1. 118 Sosia, age me huc aspice.

Pseud. 245 Moramur: mane: est conloqui qui volunt te.

Haec librorum scriptura num vera sit dubitanti Muellero (Pros. p. 199 A) plane assentior; nam recte dicitur aut ‚est conloqui qui vult te' (cf. Poen. V. 1. 159 est qui illam conventam esse vult) aut ‚sunt conloqui qui volunt te' (cf. Cist. IV. 2. 37 mulier, mane: sunt qui volunt te conventam). Atque ille quidem coniecit ‚est conloqui quod volo te' vel ‚volim te' Capt. prol. 53 comparans ‚sed etiamst paucis vos quod monitos voluerim (cf. praeterea Asin. I. 3. 79 at ego est etiam prius abis quod volo loqui. Aul. II. 2. 2 paucis, Euclio, est quod te volo de communi re appellare. Ba. 1149 est quod te volo secreto. Pseud. 462 sunt quae te volumus percontari); sed multo leniore medicina videtur locus sanari posse, scr. ‚mane: em, conloqui qui volunt te' cf. Merc. 702 ss. em quoi te et tua quae tu habeas commendes viro, em quoi decem talenta dotis detuli. Stich. 376 em qui ventrem vestiam. Eandem particulam etiam in duobus Truculenti locis II. 5. 25 et II. 6. 50 librariorum inscitia oblitteratam esse puto. Illic enim cum libri habeant ‚Face ut accumbam, accede, adiutare sic decet puerperam', non acquiescendum videtur in Parei coniectura ‚adiuta: sic' ss., sed paulo propius accedendum ad librorum lectionem hoc modo ‚adiuta: em sic decet puerperam' cf. Asin. III. 3. 114 scin ut dicam? em sic: abi, laudo. Rud. II. 5. 6 em sic volo te ferre honeste ut ego fero. Truc. IV. 3. 13 diversae state: em sic istuc volo. Ad. 169 hic propter hunc adsiste: em sic volo. In altero loco ‚Is te dono: adduce hoc tu istas: sed istae reginae domi Suae fuere ambae ss.' cum ‚sed' particula quomodo intelligi possit me quidem fugiat, Plautum scripsisse censeo ‚em istae reginae duae' ss.; antecedentis autem vocabuli extrema littera vitio repetita, ad quam rem plurima menda referenda esse notum est, ut librarii male seduli ‚sed' scriberent facile fieri potuisse nemo non concedet.

Ib. 1192 Quid meres? quantillo argenti te conduxit Pseudolus?

‚argenti', ut cum Pylade R. et Fl. ediderunt, quamquam scriptum legitur in CD, tamen

cum neutra pronominum et adiectivorum nisi nominativo vel accusativo casu numquam a Plauto aut Terentio coniungantur cum genetivis, quin vera sit dubitari non potest Camerarii emendatio ‚argento', quae praesertim Veteris lectione ‚argentio' plane comprobetur. Qua scriptura hic idem atque multis aliis locis accidisse indicatur, ut emendata lectio in archetypo supra lineam adscripta in Decurtato atque Ursiniano omissa (cf. Most. 185 donâ B, dona CD), in Vetere cum corrupta coniuncta sit. Eadem ratione nescio an Truc. IV. 4. 17 ex librorum lectionibus ‚quia si' (B) et ‚quasi' (CD) archetypi
i
scripturam fuisse ‚Qua si' colligendum sit, quod si verum est, vix dubium uidetur quin Plautus scripserit: ‚Qui, si unum ostium obsideatur, aliud perfugiam petat' (sic Bothe, codd. ‚gerit'). Loci sententia haec est: mus aetatem suam numquam uni cubili committit, sed plura habet, ut si unius ostium obsideatur, in aliud perfugere possit. — Haud raro iam in Palatinorum archetypo duas hoc modo lectiones coniunctas fuisse illorum librorum consensu docemur. Hinc videntur cum horum locorum scripturae ex-
hom
plicandae esse Asin. III. 3. 127 ‚an quid est olim homini salute melius' (olimini; ‚olim' corruptum esse recte iam indicavit Lorenz ad Mgl. 2), Mgl. 1061 ‚talentum Philippium
i
huic opus aurist' (Philippum; de auro Philippo cf. Curc. III. 70. Mgl. 1064. Poen. III.
ha
2. 22. Trin. 965), ib. 1251 ‚si parem sapientiam hic habet ac formam' (hicbet), tum Truc.
mp
IV. 3. 68 Eundem pul te iudicasse quidem istam rem intellego (Eunde ul ss., i. e. Eump[s]e ul[tro] te iudicasse pridem i. r. i. cf. Cas. III. 4. 12 quin eapse ultro mihi negavit ss., Truc. I. 2. 16 ultro ipsi adgerunt ad nos, IV. 3. 77 eapse ultro ut factumst, fecit omnem rem palam; ‚ultro' iam Muellero Pros. p. 714 in mentem venisse nunc video, ‚pridem' Spengelii est) et I. 1. 65 ‚Qui manifesta ac odiosum sibi esse memorabat mala', quam lectionem librarios, ut aliquid latini restituerent, Fleckeiseni coniectura (in ann. nov. phil. 1870 p. 711) ‚Quem impense odiosum' ss. ductus suspicor concinnavisse ex
m ae
hac scriptura ‚Quea infesta odiosum' i. e. ‚Quem infeste odiosum' (cf. Pseud. 487, ubi pro
m o
‚meo gnato' libri habent ‚ame cognato' i. e. aec gnato). De dicendi genere ‚infeste odiosum' certissima res est Plautum adiectivis atque adverbiis saepissime adverbia eiusdem sive stirpis sive significationis addere cf. parce parcus Aul. II. 4. 35, misere miser Cist. IV. 2. 21. Ps. 13, scite scitus Cas. III. 1. 8, unice unus Asin. I. 3. 56. Ba. 207. 407. Stich. 11. Truc. I. 2. 91, impudenter impudens Rud. IV. 3. 38, docte perdoctus Mgl. 258, mirimodis mirabilis Trin. 931, perspicue palam Aul. II. 2. 11, propere strenue 86, propere cito Cas. III. 6. 17, propere ocius Cist. III. 8, propere celeriter Rud. V. 2. 36, propere celer Trin. 1002, celeriter calidus Epid. I. 2. 39, inique iniurius Epid. IV. 1. 24, callide facundus Merc. 35, inepte stultus Most. 495, misere male Ba. 934, repente subito Mgl. 177, firme fidus 1015, graphice facetus Pers. 306, vorsute malus Ps. 1017, sancte pius Rud. III. 6. 5, docte vorsutus, Stich. 561, producte prodigus Nervol. ap. Fest. p. 229, 21, stultus pueriliter Stich. 591. Quibus locis cum idem omnibus praeter unum Stichi 591, qui tamen exeuntis versus necessitate excusatur, verborum ordo communis sit, ut adverbium praecedat [15]), et vix recte Brix cum Gepperto Capt.

[15]) Alia res est de Curc. IV. 1. 1 edepol nugatorem lepidum lepide hunc nactust Phaedromus, Rud. II. 4. 12 non licet te sic placidule bellam belle tangere (cf. V. 3. 35 benigne item addecet bene merenti bene referre gratiam), Asin. III. 3. 86 i sane bella belle, Curc. IV. 2. 35 sequere istum bella belle (cf. bene ambula' et ‚i belle, belliatula' Cas. IV. 2. 28), ubi adverbium cum verbo coniungendum est cf. Amph. I. 1.

III. 5. 10 scripsit ‚omnis res palamst [perspicue]' atque R. Stich. 11 ‚unus unice' (codd. unice unus), et Aul. IV. 9. 10 ‚heu me miserum miserum' quod in Vetere man. 2 super posterius ‚miserum' adscripsit ‚misere' si verum est — neque dubito quin verum sit —, ad prius potius ‚miserum' referendum videtur. Idem denique genus dicendi nescio an restituendum sit Truc. II. 6. 12 ‚strenui nimio plus prosunt populo quam argute cati' (BC ‚arguteccati', D ‚argutecati', vulg. ‚arguti et cati'). —

Rud. prol. 8 ss. Et alia signa de caelo ad terram accidunt.
Qui est imperator divom atque hominum Iuppiter,
Is nos per gentes alium alia disparat.

In v. 10 qui inter ‚alium' et ‚alia' voces intercedit hiatus, alius alia ratione eum explere studuit; facillimo vero negotio vitium sic tollitur, ut una litterula mutata scribamus ‚aliud (sc. signum cf. v. 8) alia disparat'. In eiusdem prologi versu 70 ‚Nam Arcturus signum sum omnium acerrimum' simplicissime hiatus removetur ‚omnium' vocabuli extremis litteris ita duplicatis ‚omnium unum acerrimum'. Simili ratione eiusdem fabulae hi versus videntur sanandi esse: I. 2. 18 ‚Filiolam ego unam [quam] habui, eam unam perdidi', II. 3. 80 ‚ut capse succincta [it] aquam calefactat[ū], ut lavemus' (calefacture enim aquam sacerdos Veneris dici non potest, cum aquam nondum habeat, ad quam petendam Ampelisca missa est, sed calefactatura esse), IV. 4. 74 ‚si praeterhac unum verbum faxis hodie, ego [hoc] tibi comminuam caput' (hoc sc. scipione cf. Amph. I. 3. 22. Pers. 816; Pseud. 151 ita animati estis vincere hoc sc. terginum), V. 2. 26 ‚Nummi [illi] octingenti aurei in marsuppio infuerunt' (cf. IV. 4. 89 isti — in isto nidulo), 50 ‚deiera te argentum mihi daturam Eodém die, [tui] niduli ubi sis potitus', V. 3. 26 ‚habe cum hoc? — [Hoc?] aliost opus' (cf. Most. 369 certe? — [Certe], inquam. Merc. 214 responde, [quaeso]. — Quaeso, quid rogas?).

Rud. I. 1. 3 Detexit ventus villam: quid verbis opust?
Non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi:
Ita omnis de tecto deturbavit tegulas:
Illustriores fecit fenestrasque indidit.

Ventum easdem tegulas et omnes de tecto deturbasse et illustriores fecisse fenestrasque indidisse absurde dictum est; immo villa vento illustrior facta fenestrataque est (cf. I. 2. 13 villam integundam intellego totam mihi: nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius), itaque scribendum est in v. 6 ‚illustriorem', quae autem inter hunc versum et verba ‚detexit ventus villam' intercedunt, pro parenthesi habenda sunt.

Stich. 497 Perii hercle vero plane, nil obnoxie.

De Gelliana (VI. 17. 4) huius loci scriptura ‚Nunc ego hercle perii plane, non obnoxie' R. in notis dicit ‚Nunc hercle ego' esse debere, atque ita Hertz in Gellii editione scripsit, ut mihi quidem videtur, non recte; nam utrumque et ‚nunc ego hercle perii' et ‚nunc hercle ego perii' prorsus ab usu Plautino abhorret. Neque enim umquam Plautus aut ‚ego hercle perii' vel ‚hercle ego perii' dicit, sed ‚perii hercle ego' cf. Aul. III. 1. 6, Cas. III. 5. 44, IV. 3. 11, Rud. IV. 4. 87, V. 2. 18 (Truc. IV. 2. 16) [16]), aut omnino ‚hercle'

122 optumo optume optumam operam das, Most. 187 stultam stulte facere, Mgl. 763 bonus bene ut malos descripsit mores. Cas. V. 4. 7 malae male monstrant, Men. 602 viro me malo male nuptam, Ps. 197 iurando iure malo male quaerunt rem, Trin. 68 malis verbis multis multum obiurigem.

[16]) Addo Plautum semper dicere ‚perii hercle, interii hercle', non ‚hercle perii, h. interii', neque umquam intercedere aliud vocabulum; nam Merc. 709 ‚equidem hercle oppido perii miser', ‚hercle' pertinet ad ‚equidem'. Neque videtur dixisse ‚perii hercle miser', sed ‚perii hercle ego miser'; nam Epid. III. 1. 5,

vocabulo in huius generis formulis ab ,nunc' vel ,tum' particulis incipientibus utitur, sed ,pol', cuius rei Geppert non memor erat, cum Cas. III. 5. 44 scriberet ,[Tum] perii hercle ego miser', cf. nunc pol ego perii Most. 536, Poen. III. 5. 42, Rud. III. 6. 6, tum pol ego perii Merc. 510, Truc. II. 7. 57, tum pol ego interii Ps. 910, ubi Ritschelium ,tum' expungentem fugit praeter illas formulas nullum ,pol' particulae cum ,perii, interii' ss. vocabulis coniunctae exstare exemplum; ,edepol' uno quod sciam invenitur loco Truc. II. 6. 67 ,planissume edepol perii', ubi cur Plautus non ut solet ,hercle' scripserit, nulla causa est perspicua. Sic igitur res se habet, ut aut si quid in Gelliana scriptura mutandum videtur, non in traiectione illa acquiescendum, sed etiam ,pol' pro ,hercle' reponendum sit, aut nulla facta mutatione dicendum sit Gellium memoria lapsum esse, ut etiam alibi lapsum esse constat (cf. XIII. 30. 6, ubi in Poenuli versu V. 2. 152 ,non' pro ,haud' contra metrum affert).

Trin. 227 Sed hoc non liquet nec satis cogitatumst,
230 Amorin me an rei obsequi potius par sit.

Librorum scripturam quod R. ita servare posse sibi visus est, ut ,rei' dativum pro spondeo haberet, vereor ne eum opinio fefellerit. Nam tantum abest ut huius mensurae ullum praeterea apud scaenicos exstet certum exemplum, ut dativo illo semper monosyllabo usi esse videantur. Nam etiam hos locos Merc. 983 ,Adulescentes réi agendae isti magis solent operam dare' (si quidem versus Plautinus est), Truc. II. 4. 24 ,Utinam a principio réi item parsisses meae' (nam haec Palatinorum lectio verior videtur Ambrosiani ,Utinam item a principio rei pepercisses meae'), Men. 234 ,Hic annus sextust (Pall. ,sextus est', Ambr. om. Studemundio auctore ,est'), postquam ei réi operam damus' (quamquam haec scriptura num vera sit, maxime dubium esse infra uidebimus) monosyllabam admittere mensuram nemo non videt, Militis autem versus 77 ,Rei (BC, ,regi' D) hunc diem mihi operam decretumst dare' initium corruptum esse constat (R. ,[Ei] rei húnc', Lorenz ,Regi hunc' cum D). Itaque Lorenz quoque erravit, cum Mostellariae versum 91 sic metiretur, ,Quando híc natust, éi rēï argúmenta dícam', ubi R. rectissime librorum scripturam ,Quando híc natus ést, ei rei argúmenta dicam' (cf. Trin. 522) secutus est.[17]) Accedit quod etiam in ceterorum quintae declinationis vocabulorum dativis idem videntur observavisse scaenici; neque enim ullus est locus, ubi ,fídei, fideí, fidéi, diéi' metiamur necesse sit, sed ut semper ,diei' dativus disyllabus est, ita ,fidei' pro disyllabo haberi aut necesse est aut licet. Quae cum ita sint, cum in Trinummi illo versu non

ubi Geppert scribit ,interii hercle equidem miser', libri habent ,interii hercle ego', Truculenti autem versus II. 6. 57 ,Perii hercle miser: iam auro contra constat filius' mutilus est, quem versum illo ipso ,ego' ($\overset{o}{e}$) post ,hercle' et ,mi' post ,iam' insertis homines docti recte videntur explevisse: Mueller quod Pros. p. 744 praetulit ,Perii miser ego hercle: iam auro' ss., ipsum credo iam reiecisse. Etiam Aul. II. 8. 22 ,Perii hercle: aurum rapitur, aula quaeritur' ,$\overset{o}{e}$' post ,hercle' excidisse censeo cum eodem Muellero l. l. p. 512, qui quod praeterea proposuit: ,Perii [me] hercle' ss., apud Plautum quidem et Terentium caret exemplo, ut Wagnerianum ,[dis]perii hercle'. Deinde semper dicunt Plautus et Terentius ,perii, disperii, interii, occidi miser, misera' uno Rudentis loco IV. 4. 4 excepto ,miserae periimus', in exitu quidem versus, ubi in aliis quoque formulis Plautum metri necessitate coactum sibi non constitisse notum est.

[17]) Ceterum scaenici ,ei rei' semper ita dicunt, ut et ,ei' pariter atque ,rei' monosyllabum sit neque aliud vocabulum intercedat. Itaque neque Men. 234 metiri licet ,eï rei operám damus', neque verum esse potest, quod R. (item Fl. et Lor.) Mgl. 798 scripsit ,Militi ut darem quasique éi ego rei sim interpres' aut quod praeterea in notis proposuit ,égo ēi rei sim interpres' (? ,quasique ei rei sim ego interpres'). Menaechmorum autem illius versus exitum, quicquid de priore parte statuendum est, — equidem non uideo, cur scribere non liceat ,Hic ánnus sextus ést, postquam' ss.; nam hoc caesurae genus frequentissimum est; — his locis Ba. 297, Pers. 333, 372, 393, Ps. 1115, Poen. III. 6. 20, Trin. 119, 865 doceri videmur metiendum esse ,êi rei operám damus'.

alia videatur metiendi ratio ferri posse nisi haec ‚án re obsequi potius pár sit', scribendum est aut ‚Amórin med án re óbsequi' ss. aut cum Hermanno ‚Amórine me án re obs.' ss., quod si fit, totum hoc bacchiacorum versuum systema elegantissime ita compositum est, ut nisi in primam sedem impuri bacchii non admissi sint; nam ‚animus' v. 226, ‚potius' 230, ‚voluptatis' 231 vocabula ‚s' litteram abiciunt. — De genetivorum quidem usu ‚rei' plerisque omnibus locis monosyllabum est, rēi dixit Plautus Mgl. 103 et sine dubio Aul. II. 1. 12 (Meái fidéi tuáique réi); incerta sunt exempla Most. 89 R. et Aul. IV. 10. 72 Wagn. ‚Ibo intro, ut quid húius rei sit sciam (sic aliquot ex libris interpolatis, deteriores libri ‚quid huius ue si sit', BD ‚quid huius veri sit', quae lectio ferri potest, si ita verba construuntur ‚quid veri sit huius', de ‚quid veri sit' cf. Haut. 237, huius genet. neutr. est cf. Cas. IV. 1. 14. Mgl. 153. Eun. 980. 1070. Haut. 961. Hec. 338). Apud Terentium unum modo spondaici ‚réi' exemplum novi Haut. 55 ‚Nec rēi fere sane ámplius quicquám fuit', ubi tamen etiam de tali mensura cogitari potest ‚Nec rei feré sane' ss. Iambici ‚rei' apud Plautum certa sunt exempla Epid. II. 2. 19, Men. 323. 494. Merc. 964, Rud. 487 (Aul. I. 1. 29, Stich. 379), apud Terentium Eun. 652, Hec. 807. 810. Ad. 644. ‚Spei' genetivi disyllabum exemplum non exstat, ‚fidei' genetivus apud Terentium semper disyllabus est, plerumque etiam apud Plautum, apud quem bis modo pro bacchio est Aul. III. 6. 47 et II. 1. 2, ubi quin Reiz recte emendaverit ‚Meái fidéi tuáique réi', dubium esse non posse iam supra diximus; Wagnerum cum libris ‚Meaé fidēī tuaéque rēī' ss. scribentem fefellit, numquam fidei genetivum anapaesti loco inveniri.

Trin. 1017 tribusne te poteriis
Memoria esse oblitum?

‚Memoria' cum aut ex ‚memoriae', id quod homines docti inde ab Gulielmo statuerunt, aut ex ‚memoriā' corruptum esse necesse sit, utrum usu Plautino convenientius sit, quaerendum est. Numquam autem cum aut Plautus aut reliquorum scaenicorum quisquam obliviscendi verbum cum genetivo rei coniungat, sed semper cum accusativo, vix dubium esse potest, quin praeferendum sit ‚memoriam'.

Truc. I. 1. 76 Sed haec quibus melius est Astaphium est ancillula.
Camerarii coniecturam ‚Sed haec quis mulier est? Astaphium ancillula', quam Spengel quoque et Fl. probauerunt, nisi quod ille ‚Ast. ancillulast' scripsit, hic (ann. nov. 1870 p. 784) ‚Sed haec quis est mulier? Astaphiumst ancillula', in Philol. XXIX. p. 412 falsam esse dixi, quod haec verborum collocatio ‚haec quis mulier est' a Plautino usu abhorreret, et revera et apud Plautum et apud Terentium longe usitatissima verborum collocatio ea est, ut pronomen demonstrativum nullo interposito vocabulo succedat interrogativo. Apud Terentium quidem quod Umpfenbach Phorm. 215 edidit ‚Sed hic quis est senex', quamquam Bembini auctoritate nititur, tamen ceteri libri cum Donato legitimum verborum ordinem ‚Sed quis his est' confirmant. Eundem ordinem apud Plautum libri testantur, homines docti turbaverunt Ba. 451 Sed quis hic est quem astantem video ante ostium (R. ‚Sed quis est, quem ast. hic uideo'), Stich. 237 quis haec est quae aduorsum uenit (vel cum Pall. ‚advorsum it mihi', R. ‚quist, quae mi adv. v.'),[18]) Mgl. 361 Respice dum ad laevam: quis illaec est mulier? ss. (R. ‚illaec quis est'; cf. Mueller Nachtr. p. 90). Pers. 13 Quis illic est qui contra me astat? — Quis hic est qui contra me

[18]) Quod R. in his Bacchidum et Stichi versibus pron. demonstrativum omitti posse opinatus est, longe aliud formularum genus est, ubi pronomen illud deesse solet: nam si quis fores pultavit aut alterum appellavit, is qui fores aperit aut appellatus est, interrogat quis est? (Capt. IV. 2. 55, Curc. I. 2. 20, Rud. I. 4. 17, III. 3. 15, Truc. I. 2. 20), quis homost? (Men. 137, Poen. V. 4. 3), quis est qui — ? (Epid.

(? med) astat? (R. ‚Hic quis est' ss.)[19]), Epid. III. 3. 54 Sed quis hic est, quem huc advenientem conspicor (Geppert hic quis est; cf. Philol. l. l., Mueller Pros. 505 A. 3, Nachtr. p. 82, addo etiam de ‚recta' post ‚huc' inserendo cogitari posse), V. 1. 14 Sed quis haec est muliercula (Gepp. ‚Sed haec quis est m.'; cf. Studemund Herm. I. p. 280), Poen. V. 3. 27 Quae east supellex? (Gepp. cum uno Paris. ‚Quae est ea s.'). In libris quae illi legi repugnent exempla haec modo inveni: Cist. IV. 2. 33 Hic concilium fuit: ad duos attinet: hi qui sunt?, Truc. IV. 2. 8 Qui est iste ea Astaphium indica, qui perit?, Merc. 869 Non amittunt hi me comites, qui tenent? — Qui sunt ei?, Rud. III. 2. 31 sed eae mulieres | Quaé sunt?, Poen. III. 3. 6 Et ille chlamydatus quisnamst, qui sequitur procul?; nam Amph. I. 1. 136 Vetus quidem habet ‚sed quis est hic homo', sed Ursinianus bene ‚sed quis hic est homo'. Etiam de Cistellariae loco res incertissima est, cum et in Vetere Studemundio auctore ‚hi qui sunt' verba a secunda manu in rasura ita exarata extent, ut paulo minus olim extitisse appareat, et Pareo teste reliqui Palatini libri pro ‚hi qui sunt' potius habeant ‚si quis', ‚liquis', ‚si qui'. Neque Truculenti locus suspicione caret, quippe quem non uno vitio laborare appareat; nam praeter ‚ea' vocem corruptam ‚quis' pro ‚qui' harum formularum usum requirere iam alii viderunt.[20]) Fortasse Plautus scripsit ‚Quis is ‚íste' est, Astaphium' ss. (cf. Men. 651 Quis is Menaechmust?); Astaphium enim in eo qui antecedit sermone de Strabace numquam nomine, sed semper ‚iste' pronomine utitur. Quae tria iam restant certissima exempla, eorum ut duo priora exeuntis versus licentia sive mavis necessitate excusantur, sicut Pacuvianus locus p. 94 v. 148 Ribb., ubi iambicum potius metrum statuendum videtur ‚Is quis est? | Qui te, nisi illum tu occupas, leto dabit' quam cum Ribbeckio troch. septenarius, ita ne tertius quidem sua caret excusatione. At in Truculenti uersus, unde digressi sumus, scriptura Camerariana inusitatior ordo verborum nullam habet excusationem; licuit enim Plauto scribere ‚Sed quís haec est' vel ‚Sed quís illast mulier? Ast. est ancillula', ‚Sed quísnam haec' vel ‚Sed quís illaec m. est? Ast. anc. est'. Accedit quod vix carere possumus aliqua vocula, qua cuius ancilla Astaphium sit indicetur. Quam autem desideramus voculam in ‚elius' litteris deprehendisse mihi videor, unde ‚eiius' (cf. Trin. 430 A, Most. 957 et Studemund in annal. philol. 1868 p. 55) quin restituendum sit vix dubium esse potest, ad quam formam etiam Mgl. 976 librorum scriptura ‚aeuius' videtur referenda esse (cf. Most. 710 ‚pelius' pro ‚peiius', qua ex forma librarii Ba. 928 ‚pedibus' fecerunt). Pro ‚quibusm' autem litteris si scribimus ‚quidem',

II. 1. 17, Merc. 821, Rud. II. 4. 1, Enn. com. fr. v. 2, Turpil. v. 66, inc. inc. trag. p. 215, 1), quis homost qui — ? (Most. 446). Duo modo, quantum scio, huius generis exstant loci Plautini, ubi pronomen additum est Truc. II. 4. 1 quis illic est qui tam proterve nostras aedis arietat, Rud. III. 3. 16 quis is est qui nominat (cf. III. 6. 30 quis me nominat?, Merc. 867 qui me revocat?, Poen. V. 4. 42 quis revocat?, Capt. IV. 2. 53 Ergasilum qui vocat?, Truc. I. 2. 20 qui revocat?). Ceterum cum Plautus in ‚(sed) quis hic (haec) est' formula constanter hanc accentuum rationem observet, ut aut ‚quis' aut ‚est', numquam pron. dem. acuatur, si Pers. 200 tralaticia scriptura ‚Illic abiit hínc intro huc. Sed quís haec est, quae mi advórsum incedit' ferri non potest, sed cum Ritschelio ad aliorum locorum similitudinem initium versus sic immutandum est ‚Illic hinc ábiit intro huc', qua de re vix dubitare licet, mea quidem sententia reliquam versus partem hoc modo constitui necesse est: ‚séd quis haec ést, quae med advorsum incedit'.

[19]) Falsum est, quod Brix in progr. Lignit. p. 10 coniecit ‚quis istic est?'; nam ‚iste' pronomine in his formulis semper is notatur, qui cum eo est aut cuius ab eo mentio facta est, qui interrogatur: ‚quis iste est' igitur idem est atque ‚quis is est quem tecum habes' vel ‚quem dicis'?

[20]) Maximo huius formulae exemplorum numero, ubi de ‚quis' forma constat, praeter illum Truculenti locum haec modo repugnant: Curc. II. 2. 24 qui illic est (sic etiam Fl., cf. II. 1. 15, ubi Ba cum Pall. ‚qui hic est homo' habet, sed Bb ‚quis' scripsit), Ba. 308 qui ìstic Theotimust (sic etiam R., ‚quis' iam Hermann), Ps. 1193 Ba Quistic, BcD Qui istic, AC Quid istic Pseudolust (R. Quis istic Ps.).

utrolibet ‚est' deleto[31]) hoc existit tritissimum genus dicendi: ‚Sed haec quidem eius est Astaphium ancillula' (vel ‚Ast. est anc.'). ‚Eius' pronomine (cf. Rud. prol. 79 servos illic est eius qui egreditur foras) Phronesium notari facile ex eis quae antecedunt intellegitur.

Truc. I. 2. 16 Nam ipsi vident eorum quom aggerimus bona atque etiam ultro ipsi
aggerunt ad nos.

Sententia recte perspecta Spengel coniecit pro ‚aggerimus' scribendum esse ‚auferimus', sed et propius abest a librorum memoria et melius respondet ‚aggerunt' vocabulo ‚abgerimus', cuius verbi quamquam nullum exstat exemplum, tamen simillima sunt ‚abstare' et ‚abhibere' Trin. 264, quorum hoc Acidalium pro tralaticio ‚adhibere' recte restituisse cum Brixio persuasum habeo.

Ib. II. 2. 48 ss. Quid maceria illa ait, in horto quaest, quae in noctes singulas
Latere fit minor, qua is ad vos damni permensust viam.

Miro casu accidit, ut alterius versus secunda dipodia et in Ambrosiano (qua is apud vos) et in ceteris libris (qua isti vos) et apud Priscianum p. 189 K (is hoc ad vos) vitium contraxerit. Atque Ambrosiani quidem scripturae vix aliud quicquam subesse potest nisi ‚qua is ad vos'; in alterius autem recensionis lectione num ‚iste [ad] vos' modo lateat, vehementer dubito propter Priscianum. Cuius in libris quod scriptum legitur, cum ex ‚istoc ad vos' non ortum esse non possit, in illa recensione antiquitus scriptum fuisse veri simillimum videtur ‚qua isto ad vos'. Priscianum quod ‚istoc' pro ‚isto' scripsisse coniecimus, idem Cas. II. 6. 32 ‚istace' pro ‚ista' memoria lapsus scripsit.

Ib. II. 4. 41 Ut esset aliquis laqueus et redimiculum.

Sic homines docti Vetere duce (aliqui si aqueust et redim.) cum Camerario scribere solent; sed cum Decurtatus et Ursinianus locum exaratum habeant hoc modo ‚Ut esset aliqui siaquę usque est et redim.', videndum est ne Plautus potius scripserit ‚laqueusque et redimiculum'. Pariter duo synonyma coniuncta sunt Mgl. 1348 metuoque et timeo, Poen. prol. 3 siletque et tacete. — Idem Vetus, quem Sp. sequi non debuit, IV. 2. 57 ‚Sed quid hoc est? pro di immortales, Calliclem video senem' ‚hoc' pronomen in eisdem libris servatum male omittit. Hic enim non magis quam Poen. V. 5. 17, ubi Studemundio auctore Ambrosianus habet ‚Sed quid hoc est? (intercedit personae spatium) quid est? quid hoc est? quid ego video? quomodo?' (BD pro ‚quid est' ‚quid hoc quid hoc'), aut Mgl. 1343, ubi R. Fl. Lor. scripserunt ‚sed quid hoc? quae res? quid est?', locus est ‚quid est?' formulae. Neque enim umquam haec formula usurpatur, ubi quis secum loquitur, sed semper est alterum percontantis et maximam partem de eis, quae alter modo sive dixit sive fecit. At sicui nova aliqua res obiecta admirationi est, qua quidem in re nihil refert, utrum alter adsit necne ‚quid hoc?, quid hoc est?, sed quid hoc?, sed quid hoc est?' formulis scaenici uti solent cf. Pers. 290. Quid hoc? — Quid est, Ps. 1246 quid hoc? sicine hoc fit?, Andr. 468 Quid hoc? adeon est demens?, Haut. 1000 quid hoc autem? senex exit foras, Caecil. p. 70, 280 di boni, quid hoc?, Afran. p. 214, 393 heu quid hoc? perii, pertimui: quid tumulti exaudio; Ps. 22 sed quid hoc? quaeso. — Quid est?, 1286 sed quid hoc? quomodo? quid video ego?, Mgl. 1343 sed quid hoc? quae res? quid video?, Most. 444 sed quid hoc? occlusa ianuast

[31]) Idem vocabulum ut diverso loco repetatur, saepissime fit cf. Men. 1126 B est factum (est) tibi, Epid. II. 3. 3 atque obsignato (atque) armario, Mgl. 607 B aut hinc (aut) a laeva, 341 Quid (si) nunc si, 336 B nec te quicquam (te), Men. 388 CD cur igitur me tibi (me), 654 nos iam (nos), Merc. 460 A Numquam edepol quisquam (edepol), 568 CD hoc ausculta atque (hoc) ades, Bacch. 99 B (dare) nolo dare, 162 B (impudentiam) nactus impudentiam, Most. 235 Iam ista quidem absumpta (quidem).

interdius, Epid. III. 2. 8 sed quid hoc? ante aedis duo sodalis conspicor, Amph. V. 1. 20 sed quid hoc? quis hic est senex?, 78 sed quid hoc? quam valide tonuit?, Asin. II. 1. 4 sed quid hoc, quod picus ulmum tundit?, Andr. 741 sed quid hoc? puer herclest, Eun. 642 sed quid hoc, quod timida subito egreditur Pythias, Pseud. 246 quid hoc est? quis est qui moram mi occupato obtulit?, Men. 637 quid hoc est? uxor, quidnam hic narravit tibi (sic interpungendum, non cum Ritschelio quid hoc est, uxor? ss.), Hec. 314 hem, quid hoc est?; Poen. V. 5. 17 sed quid hoc est? quid hoc est?, Rud. I. 4. 33 sed quid hoc obsecrost?, Ph. 177 sed quid hoc est? videon ego Getam?, Cist. IV. 1. 3 sed quid hoc est, haec quod cistella hic iacet?, Most. 1062 sed quid hoc est, quod foris concrepuit, Eun. 1005 quid hoc autemst?. Quibus ex locis apparet et Geppertum in illis Truculenti et Poenuli versibus ‚sed hoc quid est?' perperam scripsisse et in Plautinis verbis a Gellio XVIII. 12. 3 servatis ‚Quid est hoc? rugat pallium' ss. ‚est' post ‚hoc' collocandum esse; in Poenuli autem loco meo iure dicere mihi videor, in A ut haud raro voculam excidisse; mea quidem sententia militis stupor egregie depingitur hoc modo: ‚Séd quid hoc est? quid hoc ést? (vel cum Pall. ‚quid hoc?') quid hóc est?' ss. Omni vero fide caret quod R. in Militis loco coniecit, ubi tralaticiam scripturam ‚quid video?' rectissime se habere cum aliis exemplis probatur tum Poenuli illo versu et Pseud. 1286; videntur autem et huius et proximi versus extrema verba, sicut libri indicant, perisse.

Ib. II. 4. 67 ss. Postid ego tecum, mea voluptas, usque ero
Adsiduo. — Immo hercle vero adcubuo mavelim. —
Quin his hodie sacruficare pro puero uolo,
Quinto die quod fieri oportet.

‚Quin' in versus 69 initio intellegi non posse Sp. cum perspexisset, ex proximi versus principio in hunc irrepsisse ratus delevit atque ut vulgo fieri solebat pro ‚his' scripsit ‚dis'. Quod ut recte fecerit, vereor, dubito autem, cum Phronesii aliquod responsum ad ea quae Diniarchi praecedunt verba requiri videatur, an ‚Quin his hodie' ss. librarii confecerint ex hac scriptura ‚Quinni? hodie' ss.; de ‚quinni' i. e. quidni cf. Mgl. 923, quod genus assimilationes haud raro in libris nostris occurrunt cf. Men. 943 suffurca, Stich. 185 B accenam, Merc. 962 C appatrem, Pers. 288 B immalam rem, 450 summanus, Poen. prol. 52 B immanu, V. 2. 20 B immanibus, Epid. I. 1. 23 B immelina, Amph. prol. 145 B suppetaso.

Ib. II. 5. 3 Nimio minus perhibemur
Malae, quam sumus ingenio.
Ego prima de me modo dicta dicito.

‚Prima' vocabulum in versu extremo corruptum esse recte iudicavit Mueller Pros. p. 34; facillimo autem negotio vitium tolli potest scribendo ‚prime', quod aduerbium cum ‚docta' (sic recte Goeller) coniungendum est. Nimirum scriptum erat ‚primæ', unde ‚prima' pari modo ortum est atque Pers. 751 scelesta, Most. 308 lepida, 878 mula, Stich. 521 B lassa, Merc. 522 docta, Trin. 1117 commoda, Cas. II. 8. 73 pulcra (codd. pulcrare i. e. pul$^{\text{re}}$cra), Truc. II. 6. 18 CD propinqua, IV. 3. 78 oportuna ex ‚lepide' ss. Fortasse etiam in eiusdem de qua agimus scaena v. 12 Lucri causa auara probrum sum exsecuta' ‚avare' scribendum est pro ‚auara'. Pro ‚modo' Goeller et hic et Poen. I. 2. 7 ‚Atque haec ut loquor nunc modo docta dico' sine dubio recte reposuit ‚domo' cf. Amph. II. 2. 5 nam ego id nunc experior domo atque ipsa de me scio, Merc. 335 scio, saevos quam sit, domo doctus (Cas. II. 3. 8, Cist. II. 1. 2 hanc ego de me coniecturam domi facio). Idem vitium, cui quod contrarium est ‚domo' pro ‚modo' occurrit Stich. 623 A,

Poen. IV. 2. 104 B, cf. Stich. 66 BCD domum, A modo), cum aliis locis (Mgl. 484, Men. 803) invenitur, tum egregium exemplum exstat Aul. IV. 2. 8 ,in tuo luco et fano est situm', ubi quod post ,fano' legitur ,modo' nihil aliud est nisi ,domo' ad ,fano' vocabulum explicandum ab similis farinae homine adscriptum, qui in Ursiniano in huius ipsius scaenae v. 4 ,onustam', 6 ,accersat', 7 ,auferam', 10 ,abstrusisse' interpretatus est vocabulis ,plenam, vocet, recipiam, condidisse abscondisse'. In ultimo denique illo Truculenti versu ,dico' conicienti Spengelio (cf. Poen. I. 2. 7, Turpil. p. 89, 38) ita assentior, ut ,it' (i. e. id) litteras non delendas, sed in uersus principio collocandas esse censeam (cf. Men. 976 id ego malum male metuo, Ba. 387 id opera expertus sum esse ita), quae cum suo loco omissae et in margine additae essent (cf. Trin. 187 B gatorem tuum, in mrg. casti, 521 A umfieri, in mrg. quam), postea a librario quodam cum extremo versus vocabulo ita, ut aliquid Latini exsisteret, videntur conglutinata esse.

Ib. II. 6. 44 nequeo caput

Tollere: ita dout itaque ego medulo (B ,dolo' CD) neque etiam queo
Pedibus mea sponte ambulare.

Verissimum est quod Spengel et Studemund in primo versu 45 coniecerunt, ,dolet' pro ,dout'; sed quod idem Spengel in medio versu scripsit ,itaque egomet dolui' ut ne ipsi quidem satis placuit — dicit enim in notis, in librorum scriptura etiam aliud latere posse velut ,ego me crucio' collato Bacchidum versu III. 3. 89 —, ita Fl. (ann. nov. 1872 p. 811) merito repudiavit, cuius tamen coniecturam ,itaque ego med uro', quamquam proxime abest a librorum memoria, eadem de causa atque Spengelii ,ego me crucio' improbandam esse censeo; nam se cruciare vel urere is modo dici potest, qui ab animo dolet, hic autem corporis de aegritudine agitur. Mihi quidem et sententiae satisfacere neque nimis a librorum scriptura abhorrere videtur hoc: ,ita dolet itaque egre moveo'.

Ib. II. 7. 25 Erus meus ocellus tuus ad te me (B, ad te CD) ferre me haec iussit tibi
Dona, quae vides illos ferre.

Quod Spengel cum Gepperto scribere potuit ,Erus meus, tuus oculus' ss., satis mirari non possum; nam tralaticium ,ocellus tuus' ex ,tuus oculus' corruptum esse prorsus incredibile est. De ea quidem re plane illis assentior, talem qualis vulgatur versus formam ab arte Plautina alienissimam esse. Accedit quod hoc dicendi genus ,ad te ferre tibi' non magis ferri potest quam Pseud. 372 ,multa malaque in me dicta dixistis mihi', sed alterumutrum aut ,ad te' aut ,tibi' corruptum sit necesse est. Ferre denique verbi iterationem parum elegantem esse quis est qui neget? Quae incommoda omnia tolluntur, si Vetere duce hoc modo locum constituimus: Erus, ocellus tuus, ab se deferre me haec iussit tibi. ,Erus' autem vocabulum et saepissime apud Plautum expers esse pronominis possessivi, ubi nos quidem aegre eo caremus, notissima res est (cf. Rud. II. 3. 17 non rem divinam facitis hic vos neque erus sc. meus), neque raro pronomen falso a librariis additum esse cf. Epid. I. 2. 23 advenientem peregre erum (suum) Stratippoclem ss., Cist. IV. 2. 47 quid ego (meae) erae dicam, 42 quae erae (meae) suppositast parva, Trin. 724 qui ero (meo) advorsum venerit.

Ib. IV. 3. 43 Tacui ad (CD at) nunc non tacebo quando adest necesse indice.

Homines docti hunc versum sic scribere solent ,Tacui: at nunc non taceo: quando adest, necessest indicem', ,nunc non' et ,indicem' ex ed. princ., ,taceo' a Pareo, ,necesse est' a Camerario sumentes, nisi quod Geppert ,necessust', Fl. nuper ,Tacui, at noenum taceo' scribendum esse censuerunt. Sed hoc modo versum sanatum esse minime persuadere mihi possum; nam haec sententia ,quando adest (quem indicare iussa sum),

necesse est indicem' tantum abest ut satisfaciat, ut ineptissimam eam dicere non dubitem; neque enim indicandi necessitas inde repeti potest, quod, quem ancilla indicare iussa est, coram adest. Sana sententia restituitur neque longius a librorium memoria receditur hoc modo:

Tacui ad[huc]: nunc non tacebo, quando adest nec se indicat.

Iam ancilla dicit, adhuc se tacuisse, sed nunc Diniarchum se indicaturam esse, quod quamquam adsit et ipsam vapulantem videat, tamen auxilium ferre ita nolit, ut se ipse indicet. Pro ‚necesse' scribere ausus sum ‚nec se' talibus fretus locis: ‚adesse' pro ‚ad se' Stich. 511 (B)CD, Most. 490 CD, ‚esse' pro ‚se' Most. 545 BCD, Truc. II. 2. 53 ‚ni esse' BCD pro ‚nise'. Quod pro ‚indice' conieci ‚indicat', eo minus habet audaciae, quia in extremis potissimum versibus ultimae verborum syllabae miserrime inveniuntur mutilatae. Indidem vitii originem repeto Truc. II. 4. 55 ‚o mercis male', ubi, si quid video, ‚malas' restituatur necesse est, et II. 8. 1 ‚Datin soleas atque me intro actutum ducite', quo loco ad Persae versus 671 ‚abin atque argentum petis?' similitudinem ‚Datin — ducitis' scribendum esse censeo.

Ib. IV. 4. 1 Blitea et luteast meretrix nisi q; (B, ‚que' CD) sapit in vino ad rem suam:
Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.

Vulgata lectione ‚nisi quae' admissa quo modo prior versus recte intellegi possit, non video; sententia loci cum haec sit, meretricem etiam in vino ad rem suam sapere debere, quod nisi faciat, bliteam et luteam putandam esse, scribendum est ‚nisi quid sapit in vino ad rem suam'. Relativi autem pronominis formas haud raro foedissime inter se confundi constat cf. Truc. I. 1. 39 ‚neq'; vel ‚neq' pro ‚nequi', II. 1. 6 ‚q' (i superscr.) B, ‚quod' CD pro ‚quam'A.

Oskar Seyffert.

Schulnachrichten.

Lehrplan.

Während des Wintersemesters 1873—74 war der Unterricht in folgender Weise unter die Lehrer der Anstalt vertheilt:

a) In dem Gymnasium:

Prof. Dr. Paul, Director, Ord. I.: Lat. I. Rel. VIB. . . . . zus. St. 11.
Dr. Weissenborn, 1. Oberl.: Math. u. Phys. I. IIA. Math. IIb. IVA. IV.B. . „ „ 22.
Prof. Dr. Büchsenschütz, 2. Oberl., Ord. IIA.: Griech I. 8 Lat. IIA. Griech. III. B. „ „ 20.
Dr. Dielitz, 3. Oberl., Ord. IIB.: Griech. IIA. Lat. u. Deutsch IIB. Geogr. VIA. „ „ 20.
Dr. Hoffmann, 4. Oberl., Ord. IIIb.: Relig. u. Hebr. I. Vergil IIA. Relig. IIIBb. Lat. u. Franz. IIIb. . . . . „ „ 20.
Bussler, 5. Oberl., Math. IIB. Math. u. Naturgesch. IIIa. IIIb. VA. VB. . . . „ „ 25.
Dr. Lortzing, 6. Oberl., Ord. IIb.: GGeogr. u. Franz. IIB. Lat. IIb. Griech IIIb. „ „ 21.
Dr. Seyffert, 7. Oberl., Ord. IIIA.: Griech. IIB. Lat. IIIA. Relig. u. Griech. IVB. „ „ 24.
Dr. Nitsche, 1. ord. L., Ord. IIIa.: Griech. IIb. Lat. u. Deutsch IIIa. Relig. Va. „ „ 21.
Dr. Peter, 2. ord. L.: GGeogr. I. GGeogr. u. Deutsch IIA. GGeogr. IIIa. GGeogr. u. Deutsch IIIB. IIIb. . . . . „ „ 21.
Dr. Dahms, 3. ord. L., Ord. IIIB.: Deutsch u. Franz. I. Franz. IIA. Lat. IIIB. GGeogr. IVA. . . . . „ „ 20.
Dr. Pfeiffer, 4. ord. L.: Math. u. Naturgesch. IIIA. IIIB. VIA. VIB. Geogr. VIB. „ „ 24.
Dr. Jacob, 5. ord. L., Ord. IVA.: Relig. IIIAa. Griech. IIIA. Franz. IIIa. Relig. u. Lat. IVA. . . . . „ „ 22.
Lic. Dr. Boelcke, 6. ord. L., Ord. VA.: Relig. u. Hebr. IIA. IIBb. Lat. und Deutsch VA. . . . . „ „ 20.
Dr. Suphan, 7. ord. L., Ord. IVB.: Deutsch u. Franz. IIb. Lat. IVB. Relig. und Franz. VB. . . . . „ „ 20.
Dr. Ellger, 8. ord. L., Ord. VIB.: Griech. IIIa. IVA. Lat. u. Deutsch VIB. . . „ „ 24.
Dr. Brosien, 9. ord. L., Ord. VIA.: GGeogr. IIb. IIIA. Deutsch u. Franz. IIIA. Lat. u. Deutsch VIA. . . . . „ „ 22.
Siegfried, wiss. Hülfsl.: Franz. IIIB. IVB. VA. Deutsch u. GGeogr. IVB. Geogr. VA. Relig. VIA. . . . . „ „ 17.
Dr. Joergensen, cand. prob., Ord. VB.: Deutsch u. Franz. IVA. Lat. Deutsch Geogr. VB. „ „ 18.
Rohde, Gesanglehrer: Gesang in 7 Abtheilungen (3 + 6 × 2) . . . . „ „ 15.
Seidel, Zeichenlehrer: Zeichnen in IVA — VIB., ausserdem in 2 Abth. facultat. . „ „ 16.
Russland, Schreiblehrer: Schreiben in VA — VIB. . . . . „ „ 12.
Wolfgart, Turnlehrer: Turnen in 4 Abtheilungen . . . . „ „ 8.
Weidler, Turnlehrer: Turnen in 4 Abtheilungen . . . . „ „ 8.

b) In der Vorschule:

Lünse, 1. Lehrer, Ord. 1.: 4 Rel. 10 Deutsch. 6 Rechnen. 4 Schreiben . . . . „ „ 24.
Wolfgart, 2. Lehrer, Ord. 2: desgl., ausserdem 2 Turnen in 2 Abth. . . . . . „ „ 26.
Hansen, 3. Lehrer, Ord. 3.: desgl. . . . . „ „ 24.
Russland, Hülfslehrer: 6 Lesen in der jüngeren Abth. von 3. . . . . „ „ 6.

Uebersicht der Lectüre während des Schuljahres 1873—1874.

I. S. Cic. Orat. II. in Auswahl. Tacit Historr. IV. V. Horat. Carmm. IV. Einzelne Episteln. — Sophocl. Electra. Ausgewählte Abschnitte aus Herodot. II. XIX—XXIV. — Montesquieu Considérations.

W. Cic. Muren. Tacit. Agricola. Horat. Carmm. I. — Plato Protagoras; ausgewählte Abschnitte aus Phaedon. II. I—VI. — Molière l'Avare.

IIA. S. Cic. Cato Major. Liv. XXIX. Verg. Aeneid. IV. V. — Lys. Agorat. Herod. V. Odyss. XII—XVII (davon privatim XV.) — Choix de Nouvelles du XIX^e siècle.

W. Cic. Milon. Liv. XXX. Verg. Aeneid. VI. VII. — Plato Apologia. Herod. VI. Odyss. XVIII—XXIV (davon privatim XX.) — Salvandy, Jean Sobiesky.

IIB. S. Cic. Catilin. I. II. Liv. XXI. XXII. Verg. Aen. I. — Xenoph. Anab. VI. VII. Odyss. II—VI (davon privatim IV.) — Charles XII. I.

W. Cic. Reg. Dejót. Liv. XXIII. XXIV. Verg. Aen. II. — Xenoph. Anab. IV. V. Odyss. VII—XI. (davon privatim IX.) — Charles XII. VIII.

IIb. W. Cic. Arch. Liv. XXI. XXII. Verg. Aeneid. I. — Xenoph. Anab. IV. V. Odyss. I—VI. (davon privatim IV.) — Charles XII. I.

IIIA. S. Caes. BC. in Auswahl, besonders I. Ovid. Metamm. VIII, 260—545. 611—724. — Xenoph. Anab. II. III. Odyss. VII. — Guill. Tell 58—73.

W. Caes. BC. in Auswahl, besonders III. Ovid. Metamm. IX, 1—97. 134—272. XII, 1—145. — Xenoph. Anab. II. III. Odyss. I. — Guill. Tell 40—58.

IIIa. S. Caes. BG. VII. Ovid. Metamm. XI, 410—748. — Xenoph. Anab. I. — Guill. Tell 27—36.

W. Caes. BG. VI in Auswahl; VII. Ovid. Metamm. I, 1—451. — Xenoph. Anab. I. — Guill. Tell 36—48.

IIIB. S. Caes. BG. I. IV. Ovid. Metamm. V, 341—571. 642—673. X, 1—77. —

W. Caes. BG. I. IV. Ovid. Metamm. II, 1—400. XI, 1—66. — Guill. Tell p. 1—14.

IIIb. S. Caes. BG. V. Ovid. Metamm. IV, 604—803. —

W. Caes. BG. II. V. Ovid. Metamm. VII, 453—660. — Guill. Tell p. 1—14.

Weitere Abweichungen von dem Lehrplan haben nicht stattgefunden.

Bei den Abiturientenprüfungen sind folgende Themata und Aufgaben bearbeitet worden:

I. Zu Mich. 1873. a) Lateinisch: *Quibus de causis praedicanda videatur T. Vespasiani fortuna quaeritur.* b) Deutsch: Aus welchen verschiedenen Ursachen wird Wallenstein im Schillerschen Drama von seinen Anhängern verlassen? c) Mathematik: 1) Ein Dreieck ist zu construiren, wenn gegeben sind der Winkel an der Spitze (α), die Differenz der einschliessenden Seiten $b - c = d$, und die Differenz d' der auf der Grundlinie durch die Höhe gebildeten Segmente. 2) Von einem Dreieck sind eine Seite $a = 517{,}628^{cm}$ und die auf den beiden andern stehenden Höhen gegeben, $h_b = 315^{cm}$ und $h_c = 416^{cm}$. Wie gross ist der Radius des dem Dreieck eingeschriebenen Kreises? 3) Durch eine Kugel wird eine Ebene gelegt, welche den darauf senkrechten Kugeldurchmesser im Verhältniss von $p:q$ (1:5) theilt. Auf dieser Schnittfläche wird im grösseren Kugelsegment ein grader Kegel errichtet, dessen Spitze in der Kugeloberfläche liegt. Wenn das Volumen dieses Kegels $k = 110^{cm}$ ist, wie gross ist dann der Radius, das Volumen und die Oberfläche der Kugel? 4) Von einem rechtwinkligen Dreieck ist die Höhe auf die Hypotenuse $= h$ und die Seite g des in dem rechten Winkel des Dreiecks stehenden eingezeichneten Quadrats gegeben; man soll die Seiten des Dreiecks durch Rechnung bestimmen. $h = 8,4$; $g = 6$.

II. Zu Ostern 1874. a) Lateinisch: *Publicorum ludorum apud Graecos quae fuerit vis quaeritur.* b) Deutsch: Das tragische Geschick des Markgrafen Rüdiger im Nibelungenliede. c) Mathematik: 1) Wie tief sinkt eine Bleikugel in Quecksilber ein? Das specifische Gewicht des Bleis ist 11,445, das des Quecksilbers 13,597. 2) Jemand zahlt am Anfange seines 45sten (n_1 ten) Jahres 4000 (c) Thaler bei einer Altersversicherungsgesellschaft ein, um vom 65sten (n_2 ten) Jahre ab eine am Schluss jedes Lebensjahres zahlbare Pension von 630 (r) Thalern zu beziehen. Wie viel Jahre kann er dieselbe erhalten, wenn die Gesellschaft das Geld zu $3\frac{1}{2}$ (p) Procent benutzt? 3) Von

einem Dreieck ist der Umfang 2 m, ein Winkel $= \alpha$ und der Radius r des umgeschriebenen Kreises gegeben. Man sucht die Seiten des Dreiecks. Beispiel: $2m = 250^m$; $r = 73,225^m$; $\alpha = 43^0\ 36'\ 10,14''$. 4) Der Radius der Erde sei r. Welches ist der Inhalt und die Oberfläche eines senkrechten Kegels, dessen Grundfläche der Parallelkreis von 30° nördlicher Breite und dessen Scheitel der Nordpol ist? $r = 859,44$ geogr. Meilen.

Verfügungen von allgemeinerem Interesse. 1873. (K. Prov.-Schul-Colleg. Vom 22. Mai.) Für die Prüfung derjenigen jungen Leute, welche in Gemässheit des Ministerial-Erlasses vom 28. October 1871 behufs ihrer Zulassung zur Portepeefähnrichsprüfung ihre Reife für die Prima eines Gymnasiums oder einer Realschule erster Ordnung nachweisen wollen, sind die Termine in den Monaten Januar, Mai und November anberaumt. Die Meldungen für dieselben sind unter Hinzufügung eines *curriculum vitae* sowie der Zeugnisse über den früheren Schulbesuch und etwa genossenen Privatunterricht bis zum 15. Januar, 15. Mai und 1. November jeden Jahres dem k. Provinzial-Schul-Collegium einzureichen.

1874. (K. Prov.-Schul-Colleg. Vom 8. Januar.) Bestimmung über die Ferien des laufenden Jahres. Die Pfingstferien dauern vom 22—28. Mai; die Sommerferien vom 4. Juli bis 3. August; die Herbstferien vom 26. September bis 12. October; die Weihnachtsferien vom 19. December 1874 bis 4. Januar 1875.

(Die Osterferien fallen für das Sophien-Gymnasium — gemäss der Festsetzung des öffentlichen Examens auf Dinstag, 31. März — in die Zeit vom 1. bis 16. April.)

(K. Prov.-Schul-Colleg. Vom 26. Januar.) Bei der Aufnahme von Schülern, welche das zwölfte Lebensjahr bereits überschritten haben, ist nicht blos der Nachweis der ersten Impfung, sondern auch der stattgehabten Revaccination zu fordern.

(K. Minister. der geistl., Unterr.- u. Medicinal-Angel. Vom 11. Februar. Mitgetheilt durch das K. Prov.-Schul-Colleg. unter dem 21. ejusd.) Den Schülern ist jede Betheiligung an der „Walhalla" zu untersagen.

Das Sophien-Gymnasium hat zu Michaelis v. J. durch Theilung der Unter-Secunda in zwei Coetus eine bedeutsame Erweiterung seines Organismus erfahren, welche hoffentlich in der Folge den oberen Klassen in jedem Sinn zu Gute kommen wird.

Am 20. November v. J. wurde von den Lehrern und Schülern der Anstalt die auf dem Communalgrundstück Weinmeisterstrasse No. 17 errichtete und besonders für die nächstliegenden höheren Lehranstalten bestimmte Turnhalle mit Gesängen und Reden eingeweiht. Die Herren Stadtverordneter Gerth, Curator der Halle, und Ober-Turnwart Dr. Angerstein beehrten die Feier mit ihrer Gegenwart.

In dem Bestande des Lehrer-Collegiums sind während des verflossenen Schuljahres keinerlei Veränderungen eingetreten. Zufolge der erwähnten Theilung der Unter-Secunda ist eine neue — elfte — ordentliche Lehrerstelle im diesjährigen Etat creirt, ausserdem auf die nothwendige Heranziehung neuer Lehrkräfte von Seiten der vorgesetzten städtischen Behörde bereits Bedacht genommen worden.

An Stelle des Herrn Otto, welcher nach einjähriger Thätigkeit am Sophien-Gymnasium an die neuerrichtete Vorschule des Louisenstädtischen Gymnasiums berufen wurde, trat zu Ostern v. J. Herr Rossow, um schon nach einem Semester ein Lehramt an einer der hiesigen Gemeindeschulen zu übernehmen. Beiden Herren ist die Anstalt für ihre erspriessliche Amtsführung zu Dank verpflichtet. — Als Schreiblehrer am Gymnasium und Hülfslehrer an der Vorschule ist seit Beginn des Wintersemesters Herr Russland thätig.

Mit demselben Termin trat zur Ableistung des vorgeschriebenen Probejahres Herr Dr. Jörgensen ein.

Ausser den in den früheren Programmen erwähnten Zeitschriften und den Fortsetzungen früher angeschaffter Lieferungswerke wurden erworben:

Epistolographi Graeci ed. Hercher. — *Corpus inscriptionum Atticarum I.* — *Lexicon Aechyleum ed. Dindorf.* — *Scaenicae poesis Romanae Fragmenta rec. Ribbeck II.* ed. altera. — *Livius ed. Drakenborch 15 Bde.* — *Analecta Liviana edd. Mommsen et Studemund.* — *Corpus inscriptionum Latinarum III, 1. 2. V. 1. VII.* — Teuffel, Geschichte der römischen Litteratur.

2 Aufl. — Marquard-Mommsen, Handbuch der röm. Alterthümer IV. 1. — Friedländer, Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms. 3 Bde. — Gregorovius Geschichte der Stadt Rom. 7 Bde. — Mertens Denkmalkarte des Abendlandes im Mittelalter mit Text. — Denkmäler der Kunst von Lübke und Casper. — Klein, Geschichte des Dramas X. — Zeller, Geschichte der deutschen Philosophie seit Leibnitz. — Benfey, Geschichte der Sprachwissenschaft und der orientalischen Philologie in Deutschland. — Raumer, Geschichte der germanistischen Philologie. — Dorner, Geschichte der protestantischen Theologie. — Cholevius, Geschichte der deutschen Poesie nach ihren antiken Elementen. — Julian Schmidt, Geschichte der französischen Litteratur seit 1774. 2 Bde. — Baumgarten, Geschichte Spaniens. 3 Bde. — Pauli, Geschichte Englands. 2 Bde. — Buckle, Geschichte der Civilisation in England, übers. von Ruge. 2 Bde. Springer, Geschichte Oestreichs. 2 Bde. — Rochau, Geschichte Frankreichs. — Bernhardi, Geschichte Russlands I. — Droysen, Geschichte der preussischen Politik V, 1. — Urkunden und Actenstücke zur Geschichte des grossen Kurfürsten V. — Ranke, gesammelte Werke XXIV—XXVI. XXXVII. — Strauss, Ullrich von Hutten. — Briefwechsel zwischen Schiller und Göthe. — Schiller's sämmtliche Werke, histor.-krit. Ausgabe. 15 Bde. — Hehn, Kulturpflanzen und Hausthiere in ihrem Uebergange aus Asien nach Griechenland. — Grisebach, die Vegetation der Erde nach ihrer klimatischen Anordnung. — Boeckh, gesammelte Schriften V—VII. — Gauss' Werke IV.

An Geschenken gingen ein:

Vom K. Provinzial-Schul-Collegium: Zum urkundlichen Beweise über die Abstammung des Preussischen Königshauses von den Grafen von Hohenzollern. — Riedel, zehn Jahre aus der Geschichte der Ahnherrn des preussischen Königshauses. — Riedel, Geschichte des preussischen Königshauses. — Verhandlungen der dritten Conferenz der Gymnasial- und Realschul-Directoren Schlesiens. — Vom Verf.: Xenophon's Griech. Geschichte von Büchsenschütz II. 3. Auflage. — Vom Verleger: Enslin, der deutsch-französische Krieg in Liedern und Gedichten. — Bericht an seine Majestät den Kaiser über den Zustand des Unterrichtswesens im Jahre 1871. Petersburg 1873.

Für das physikalische Cabinet wurden angeschafft zwei Leydener Flaschen zur Influenzmaschine, ein rotirender Apparat nach Faraday zur Darstellung des durch den elektrischen Strom um sich selbst rotirenden Magnets, eine schiefe Ebene mit Wagen und Gradbogen, ein Percussionsapparat mit 7 Elfenbeinkugeln, ein elektrisches Ei zur Luftpumpe, ein arithmetischer Hebel, ein Apparat für Kohlenlicht mit vertikalen Kohlenspitzen, ein Apparat nach Petrina zur Nachweisung der Wirkung paralleler galvanischer Ströme. —

Der hiesige Hülfsverein für jüdische Studirende hat, wie früher zu wiederholten Malen, der Anstalt Geldmittel für bedürftige und strebsame Schüler zur Verfügung gestellt. — Unser Zeichensaal ist durch schöne Gipsabgüsse des Apoll von Belvedere und der Diana von Versailles, welche Herr Fabrikant Fränkel verehrte, durch verschiedene Modelköpfe, Geschenke des Herrn Kunstgiesser Gladenbeck, endlich durch Sammlungen werthvoller Ornamente, von den Herren Gebrüder Dankberg uns zugewendet, geschmückt und bereichert worden. —

Für die Feier des 2. September überwiesen zur Vertheilung an Schüler Herr Hofbuchhändler Alexander Duncker drei Exemplare des von Prof. Ille in München ausgeführten „Bildes vom neuen deutschen Reich"; Herr Buchhändler Adolf Enslin zwölf Exemplare der Liedersammlung „der deutsch-französische Krieg."

Für sämmtliche Gaben spreche ich namens der Anstalt meinen achtungsvollen Dank aus.

Statistisches. Während des Sommersemesters 1873 waren vorhanden in 16 Klassen (13 des Gymnasiums, 3 der Vorschule) 585 Schüler, nämlich in

I.	IIA.	IIB.	IIIA.	IIIa.	IIIB.	IIIb.	IVA.	IVB.	VA.	VB.	VIA.	VIB.	1.	2.	3.
16.	13.	30.	30.	21.	30.	17.	50.	29.	49.	42.	50.	53.	53.	50.	52.

Am Semesterschluss blieb ein Bestand von $378 + 123 = 501$ Schülern. Dieser erhob sich durch die Aufnahme im Beginn und Verlauf des Wintersemesters auf die Zahl 576 in folgender Vertheilung:

I.	IIA.	IIB.	IIb.	IIIA.	IIIa.	IIIB.	IIIb.	IVA.	IVB.	VA.	VB.	VIA.	VIB.	1.	2.	3.
15.	14.	19.	23.	25.	18.	23.	30.	40.	34.	48.	41.	51.	42.	47.	53.	53.

Bei der am 4. September v. J. unter dem Vorsitz des k. Provinzial-Schulraths Herrn Dr. Klix abgehaltenen Abiturientenprüfung wurde das Zeugniss der Reife folgenden 4 Schülern ertheilt:

Arthur Grau aus Rastenburg, 17½ Jahre alt, jüdisch, 5 Jahre auf der Anstalt, 2 in Prima. Er studirt Jurisprudenz.

Carl Röser aus Berlin, 19½ Jahre alt, evangelisch, 7½ Jahre auf der Anstalt, 2 in Prima. Er studirt Philologie.

Paul Schäffer aus Berlin, 18¼ Jahre alt, evangelisch, 8½ Jahre auf der Anstalt, 2 in Prima. Er studirt Jurisprudenz.

Paul Ideler aus Friedland NL., 19½ Jahre alt, evangelisch, 6½ Jahre auf der Anstalt, 2 in Prima. Er studirt Theologie.

Die am 4. März d. J. abgehaltene Prüfung hat bestanden

Hermann Seegall aus Berlin, 18 Jahre alt, jüdisch, 5½ Jahre auf der Anstalt, 2 in Prima. Er studirt Jurisprudenz.

Der 2. September v. J. wurde mit patriotischen Gesängen und Declamationen der Schüler festlich begangen. Die Festrede hielt der Ober-Secundaner Reinhold Goeschen über die Bedeutung des Tages.

Zur Feier des Märkischen Reformationsfestes sprach der unterzeichnete Director über die Wirkung der Reformation auf den deutschen Volksgeist. Die auf den Tag gestiftete Denkmünze erhielt der Primaner Robert Kersten aus Wrietzen.

Ordnung der öffentlichen Prüfung.

Dienstag, den 31. März 1873,

Vormittags von 9 Uhr ab:

Sexta B. Religion. Paul. — Unter-Tertia B. Naturgeschichte. Bussler.
Quinta B. Französisch. Suphan. — Ober-Tertia B. Latein. Nitsche.
Quarta B. Deutsch. Siegfried. — Unter-Secunda B. Geschichte. Brosien.
Ober-Secunda. Plato. Dielitz.

Hierauf Gesangvorträge der ersten Gesangklasse.

Nachmittags von 3 Uhr ab:

1. Vorschulklasse. Deutsch. Lünse. 2. Vorschulklasse. Rechnen. Wolfgart.
3. Vorschulklasse. Religion. Hansen.

Zu dieser Prüfung habe ich die Ehre, die hohen vorgesetzten königlichen und städtischen Behörden, die Eltern unserer Schüler, wie alle Gönner und Freunde des öffentlichen Unterrichts ehrerbietigst einzuladen.

Die Osterferien beginnen am 1. April, der Sommercursus Donnerstag, den 16. April, Vormittags 8 Uhr.

Die Aufnahme neuer Schüler findet am 2. und 15. April, jedesmal Vormittags von 9 Uhr ab, im Schulhause Weinmeisterstrasse No. 15 statt. Ausser der sofortigen Erlegung der ersten Schulgeldrate mit 8 Thlr. gehört ein Attest über geschehene Impfung resp. Revaccination zu den vorgeschriebenen Aufnahmebedingungen.

Prof. Dr. Paul, Director.

1. SHELFMARK (one work only) 29785 d 9

2. AUTHOR or CATALOGUE HEADING SEYFFERT O

3. SHORT TITLE [illegible] [illegible] ... tutina

4. VOLUME NUMBER (S) (consecutive numbers only)

5. DATE(S) OF PUBLICATION 1870

6. READING ROOM

7. READERS NAME (block letters) K J FROST

8. READER'S TICKET NUMBER

9. READER'S SIGNATURE